

# INDEX

HADRIANI DE MODIS  
LATINE LOQVENDI.

<b>A</b> Bdo. pagina	71	Adicere	87	Adire	80		
Abesse.	85	Adiungere & accedere.	79	Ad manum est aliquid	245		
Abesse bidui.	85	Admouere manus	251	Adrepo	81		
Abhinc, qñq; ablatiuo, quādo q; accusatiuo iungi.	61	Adscribere	92	Adsum	77	Ad tps.	359
Ab initio. A principio.	89	Ad uerbum, ad unum	86	Aduersaria	74		
Ablegare.	56	Adulta ætas	143	Aedes	136		
Ab sit uerbo inuidia	85	Aedificare	135	Aeditimū, an ædituum sit di- cendum.	181		
Ab seq.	151	Aeque, & perinde, particula coniuncta cum de, atque, ut quām	42	Aeque absolute	43		
Abstinere manus & cōti.	250	Aes alienum.	164	Ætatem uiuere	144		
Accedere.	81	Ætatem uiuere	144	Affecta ætas	142		
Acceptum referre, expen- sum referre.	26	Affectus	73	Afferre pedem	185		
Acceptus male	64	Afferre manus	247	Agere præscriptum	91		
Accipere uulnus	61. & 62	Agere ætatem	144	Agere iniuriarū	91		
Accipere plagam.	63	Agere iniuriarū	91	Aggredior	79		
Accipere cladem.	64	Alienus	90	Alio cum particula, ac	33		
Accipere beneficium	65	Aliud ac	33	Alius	32		
Accipere iniuriam	64	Alius atq;	33	Item de alio, cum particula at q; coniuncto	33		
Accipere conditionem	65	Allegare	54				
Accipere detrimentum	65						
Accipere dolorem	65						
Acquiescere	76						
Acta ætas.	142						
Acutum	90						
Adeo.	53						
Ad diem	228						
Ad exemplum	187						
Ad extremum.	90						
Adhærescere	78						

aa ; Aliquo

INDEX IN HADRIANVM CARD.

Aliquo uersum	388	Bene cadere	93
Aliter particula, cum ac, atq;		Bene mane	95
ut, coniuncta	38	Bona consulere	96
Alter	46	Bona pars	95
Alter quisquam	265	Bene uertat	92
Amo	75	<b>C</b> aput	96
Amo cum maxime	107	Capite aperto	98
Amabo	69	Capite obuoluto	98
Amplius	57	Cadere causa	110 & 111
Amplius particula, coniun-		Caueor	106
cta nominatiuo, accusatiuo		Cedo aduerb.	107
& ablatiuo	58	Cedere	110
Animaduertere	91	Casar Latinus fuit	8
Animi causa	78	Cali grauitas	109
Anio pñti.	92	Certus.	109
Applico	80	Certum scire	396
Apposite	77	Certum habere.	ibidem
A primo	89	Cohors	111
A principio	89	Commodum	107
A proprio uerborum signifi-		Commode cadere	93
cato non reedendum	25	Comparatiuus cum particula	
Apuleiũ curiosi legunt	14	ac, & atq; coniunctus	37
Arbitratu meo	86	Condicere	108
Arteria	82	Confectus atate	143
Aspicio	81	Conferre manus	248
Aspirare	72	Conferre pedem	185
Assequor	105	Confertũ	132 & 133
Assignare	66 & 86	Confertissimum	133
Astringo & relaxo	391	Confertim	134
Assumo	351	Confirmare	112
At 83		Conscendere	102
At at	83	Consentio	108
Atq; 163		Consequor	105
Attrectare	92	Contendo & remitto	391
Attribuo	67	Contra particula, cum ac, atq;	
Autem	88	quã coniuncta	46
<b>B</b> arbarum	93	Contraho	
Belle 95			
Bene 93			
Bene audire	94		



DE MODIS LATINE LOQVENDI

Contraheo & dilato	392	Describere	130
Conturbare.	101	De sententia	140
Cornelius Categus.	5	Desidere	331
Corumpere	103	Despero & desperor	348
Crepere	112	Dicere legem	121
Cum	98 & 122	Dicere causam	118
Cur	330	Dicere diem	119
<b>D</b> are auribus	356, & 134	Dicere ius	120
Dare bibere	132	Dicere sententiam	120
Dare uitio, crimini	121	Dicere testimoniū	115
Dare legare	125	Dicet aliquis	122
Dare manus	249	Dij faciant, pro utinam	135
Dare negotium	134	Dij meliora	135
Dare pœnas	134	Diminuere caput	125
Dare pignori	122	Differtum	132 & 133
Dare præstare	390	Dissimulare	135
Dare promissa	399	Discedere à persona	131
Dare se in pedes	134	Ducere sortem	121
Dare se in uia	134	Dum	123
Dari fieri	390	<b>E</b> atenus	321
De	112	Ecquid.	151
Declamō	17	Euellō	150
De die, de nocte	253	Ecce tibi	147
Deducere significat comitari siue domū perducere, quā doq; de ratioē aliqua deme re, redigere. 126, 27. & 28.		Edere	155
Deferre nomen	192	Edere annos	157
Degere atatem	144	Edere eadem	157
Degitur uita	144	Edere nomen	155
Deorsum uersum	388	Edere clamorem.	156
Deponentia passiuē sumpta pag.	122	Edere exempla a caritia.	157
Deprecandī modus	299	Edere foetus	157
Denocere oculos	122	Edere iudiciū	158
De meliore nota	135	Edere ignem	157
		Edere mun <sup>o</sup> gladiatorii.	157
		Edere prælium	156
		Edere risus	157
		Edere signum	157
		Edere	

INDEX IN HADRIANVM CARD.

Edere scriptum	156	Exempli causa	88
Edere stragem	155	Execrandi modus	255
Edere sonos	156	Exigere aetatem	145
Edere oracula	157	Eximere	164
Ec particula	152	Expensum ferre	26
Edere librum	156	Experiens uir	398
Edere scelus	155	Ex sententia	139
Exemplo	81	Extra	151
Exscribere	130	Extra iocum	137
Es & Ades	136	Extrahere	146
Editissimus	158	Exigere nomina	276
Edormire	146	Ex usu	145
Efferre pedem	185	<b>F</b> Acere officium	178
Eloquentia omnium regina		Facere mecum, facere se/	
contabuit	13 & 14	cum, facere nobiscū, unā fa/	
Eloquentia perituram Cicero		cere	178
prædixit	9	Facere uersus	179
Ennius	5	Facere sumptum	179
Eò loci, quo loci	201	Facere uitium	179
Equi boni	163	Facere iniuriam	179
Esse bibere	390	Facere impetum	180
Esse curæ aut uoluptati	137	Facere contumeliam	180
Esse malo	148	Facere modos	181
Estimare litem	148	Facere gratum	181
Estimare capitū	150	Facere sacrificium	170
Est quod	158	Facere turbas	174
Etiā	162	Facere potestatem	181
Etiānum	392	Facere argentariam	181
Etiā nūm	392	Facere manum	181
Ex	115	Facere uellaturam	181
Exacta	137	Facere eadem	181
Ex animo	141	Facere uota	182
Exaudio	154	Facere insidias	182
Excludo	138	Facere funus	182
Excepto quod	148	Facere reum	182
Excipere	160	Facere mentionem	182
Ex ze	213	Facere	
Ex dignitate	1618		



DE MODIS LATINE LOQVENDI.

Facere iudicatum	183	Facere finem	170
Facere imperata	183	Facere facinus	169
Facere uindemiam	183	Factus ad unguem	186
Facere sementem	183	Facinoris & sceleris crimen	
Facere iusta	176	pag.	185
Facere copiam	176	Ferre, inferre & referre	183
Facere medicinam	176	Ferre ad caelum	167
Facere iudicium	177	Ferre in oculis	167
Facere auctoritatem	177	Firmus & infirmus	375
Facere lucrum	177	Fraus	187
Facere coniecturam	177	Fragi cū bono saepe positū	186
Facere rem diuinam	177	<b>G</b> Audere in sinu	190
Facere furtū	177	<b>G</b> Gemor	106
Facere rem	178	Generatim	189
Facere uerbū & uerba	174	Germanus	188
Facere scriptum	172	Gratulari	190
Facere stipendia	169	Grauate, aduerbium	190
Facere praelium	169	Gracia inops uerborū	16
Facere testamentum	170	<b>H</b> Abeo dictum	197
Facere dolorem	172	<b>H</b> Habere honorem	191
Facere iter	174	Habere quaestui, habere honori	395
Facere flagitium	169	Habere senatum	363
Facere iratum	169	Haberi numero	148
Facere ludos	172	Habitare in oculis	167
Facisse, p quo barbari dicunt ponamus quod ita sit	166	Hoc aetatis, qd sis aetatis	201
Facere promissum	173	Hoc me mouet	397
Facere fidem	171	Hactenus	321
Facere uerba	175	Homo Romanus, homo Graecus, homo adolescēs, homo Italicus, homo nouus, homo consularis &c	193
Facere haeredes	183	Homo ualens	194
Facere periculum	172	Honoris causa	87
Facere delicias	169	Habere sermonem	592
Facere as alienum	170	Habere iter.	192
Facere castra.	172		
Facere damnum	169		
Facere naufragium	173		

bb Habere

INDEX IN HADRIANVM CARD.

Habere fidem	192	In primā diem, in primam ho-	
Hortensius elegans	10	ram	227
<b>I</b> n singulos dies	225	In paucos dies	227
Inde obire prouinciā	281	In partem, particula iuncta cū	
Iacere ad pedes	208	atq;	44
Iam à principio, iā inde usq;		In rem esse	213
à puero, iā à puero, à pueris		Instruere	210
usq; à pueris, & à puero: iā		In manibus est	243
inde ab adolescentiā, iam in		Inire pugnā & plium	207
de usq; à puericiā	197	Insanus	346
Iam nunc, iam tum	394	Inire urbem	207
Id ætatis	200	Inire consulatum	207
Id temporis, p id temp <sup>o</sup>	199	Inire conuiuium	207
Imperfecta loquēdi ætas	11	Inire interregnum	207
Impingere	202	Insolens	230
Importunus	221	Integer	217
Impressio	203	In tempus	360
In apertum proferre	399	Intentare mortem	207
Incidit mihi	209	Instar	208
In diem	224	Ire agere	390
Indormire	146	Ire in sententiam	230
Indicta causa	119	Iubeo te bene ualere	216
Ineunte uere	143	Iurare & periurare	202
Ineunte ætate	143	Iure tuo, iure meo	209
Infantia	203	Iuxta particula, cū ac, atq; me/	
Informare	215	cum tecumq; coniuncta, &	
Ingrauescente	143	qñq; absolute posita	45
In hūc diem, i hanc horā	223	Item & ita	212
Inijcere manus	250	Item particula, cum atq; & ut	
Inire gratiam	204	coniuncta	36
Inire rationē	205	<b>L</b> Abes	240
In loco	218	Lapide quadrato adifica-	
In manum conuenire	218	re	231
In manibus, iter man <sup>o</sup>	243	Lapide structili, aut cementi-	
Initio	89	tio, uel structura aut rudera-	
Iū militem, in capita	228	tionē adificare	231

Latinitas



DE MODIS LATINE LOQVENDI.

Latinitas uera Virgilianis tē-		Miles	312
porib' abolefcere icipiebat	71	Minus particula, nominatiuo	
Latinorū quatuor tēpora	3	accufatiuo, & ablatiūo iūcta	
Latine loqui	242	pag.	60
Legare	56	Minimum	396
Leua & finiftra	242	Mifcere	132
Licet	237	Miffum facere	261
Licet absolute.	238	Mittere subsidio	138
Limen fuperum	242	Mittere fanguinem	255
Lingua nuncupare	241	Modice	262
Liuius Andronicus primus		Modicum	262
latine fcripfit	4	Modus agri	259
Loci & cæli grauitas	109	Momentū	314
Locus Plauti enodatus	33	More maiorum	263
Lōnge	233	Mouet me	263
Loquendi pfecta ætas	8	Multa nocte, de die, de no-	
<b>M</b> agnus numerus	260	cte.	79
Male audire	91	Multo	235
Male cadere	93	<b>N</b> egatio	266
Male uertat	92	Negatio fimpliciter po-	
Martianus Capella	15	fitæ fine uerbo metuo, uere-	
Maximus	284	or, timeo	266
Male acceptus	64	Nec caput nec pedes habere.	
Manere in fentētia	141	pag.	271
Maxime omnium	197	Nemo	263
Mecum facere, fecum facere,		Nemo quifquam, nemo ho-	
unà facere, nobifcum fa-		mo, homo quifquā	264
cere	178	Non nemo, Nemo unus, &	
Mea fententia	141	Nemo unus uir	264
Medietas	17	Ne plura, ne longum faciam,	
Meis uerbis	258	ne multis &c.	269
Meo, tuo, fuo, reipublicæ no-		Ne uiuam, Ne ualeā	273
mine	151	Ne ea res fit mihi fraudi	187
Merito te amo	255	Neue hoc	273
Mihi aqua hæret	154	Nihil ad Perfium	270
Metuo ne non	266	Nihil eft quod	158
		b b 2	Nihil

INDEX IN HADRIANVM CARD.

Nihil literarum studio iucun dius.	20	coniūcta cū ac, atq, ut	43
Nihil mihi longius	272	Pars pro uirili parte	299
Nihil simul inuentum & per fectum	4	Participia noia effecta	310
Noctu	271	Paruo labore, siue Paruo ue/ gotio	298
Nomen facere	274	Pedibus ire	309
Nomina facere	275	Peius odisse	311
Nomina exigere	276	Per atatem	240
Nomina simpliciter	276	Perinde quasi	43
Non habeo quod te accusem. pag.	272	Perinde, & æque particula cō iūcta cum ac, atq, ut, quām. pag.	42
Num idē tibi & mihi	272	Per manus	247
Non ire	269	Perpetuare	286
Noua fugienda	29	Perpetuus	284
Nullo negotio	269	Perscribere	317
Numerus uini	261	Per tempus	359
Nunc erat	273	Pertinere	244
Nunquid Romā uelis: uel nū quid me uis &c	270	Peruadere	302
<b>O</b> B	280	Piissimus	17
Ob, pro cōtra	282	Planum facere	307
Obire prouinciā, obire fundos, obire sacra	281	Plena manu	249
Obtinere prouinciā	279	Plus particula ablatiuo, accu/ satiuo, & nominatiuo iun/ cta. 59 & 60	
Obtingere prouinciā	280	Ponere in lucro & in lucris. pag.	298
Offendere	282	Post hominū memoriā	256
Officij causa	87	Post tempus	360
Operam ludere	278	Præ	290
Operæ	279	Præ manibus	247
Opes	283	Præire	305
Opportune cadere	93	Præcipito	296
Optimus Maximus	284	Præiudicare	291
Os	278	Præstare culpam, dolum & hu iusmodi	287
<b>P</b> aganus	312		
Par ac pariter particula			



DE MODIS LATINE LOQVENDI.

Præscribo	304	Quàm citissime	335
Præsumere	350	Quàm mox	325
Præterea	303	Quàmobrem	328
Præter sententiam	140	Quàm plurimus	334
Præuertere	296	Quàm pridem	324
Primæ	315	Quanti facere	178
Primo	90	Quapropter	331
Primo quoque die	360	Quatenus	321
Primo quoque tēpore	360	Quoquo uersum	387
Primoribus labris, uel primo/ rib <sup>9</sup> digitis attingere, sume/ re	308	Quaqua uersum	388
Præcipitata ætas	143	Quæ malum	327
Principio	89	Quid illi fiet: Quid illi faciam	
Prodere memoriæ	306	pag.	318
Pro eo, particula coniuncta		Quid illi factum est	318
cum atq̃.	44	Quid quod	326
Profiteri	315	Quisquàm	333
Prouecta ætas	142	Quiuis unus, quisquam unus	
Propinare	112	& quisquam omnium	265
Pro se quisq̃, Vterq̃	308	Quod te oro	335
Pro tempore, pro re, pro loco		Quod sine molestia tua fiat.	
pag.	289	pag.	323
Proxime, propius	301	Quotannis & singulis annis.	
Proxime particula, cum atq̃		pag.	229
coniuncta	41	Quotus	319
Proximum & uicinum	293	Quotusquisq̃	320
Prudens, & imprudens le- gum	395	<b>R</b> Oget aliquis	122
Punctum, momentum	313	Recedere à conditione	
<b>Q</b> Và causa	331	pag.	131
Qua de bruto	334	Rationem habere	195
Qua itineris	334	Redire in gratiam	336
Quàm	67	Referre in codicem	74
Quàm dudum	325	Renunciare	335
		Referre pedem	184
		Refertio	132
		Refertū	132 & 133
		bb 3	Refecare

INDEX IN HADRIANVM CARD.

Refecare ad uivum	338	Speciatim	189
Residere	331	Species, genus	353
Respectus	337	Spero & spero	348
Respondere ad rogatū	337	Stomachari	343
Retusum	90	Studeo	339
Roget quis, dicat quis, petat quis.	337	Stultus	346
<b>S</b> Aluere	353	Sub	355
Sapientia, eloquentia fun- damentum	20	Sub manu	246
Sarta tecta	357	Subscribere	340
Satin salua?	357	Subscribere causam	341
Scienter	351	Subscriptores	342
Scribere mea, tua, sua manu, non propria	338	Subsidiere	331
Scriptura	352	Summum, minimum	396
Sectari	355	Sumo	350
Secundum	348	Suppetere	345
Secus particula, cum ac, atq; quam coniuncta	37	Superfedere	345
Senectaetas	142	Supra caput	345
Sententia desistere,	141	Sursum uersum	338
Seruare auribus	356	<b>T</b> Abescere	362
Sexcenti	344	Tandem	363
Siccus	343	Tantisper dum	364
Si, dijs placet	356	Tantum abest	363
Sidonius	14	Tempestas	362
Similiter particula, coniuncta cum ac, atq;, ut.	35	Tempestiuum conuiuū	364
Similis, ac dissimilis particula coniuncta cum atq;, & ac	36	Tempus	358
Stare per me.	345	Tendere iter	366
Statim, & confestim particu- la, cum atq;, quam, ut, con- iuncta	4	Tendere manus	251
Stilus	211	Tentare, attentare	363
		Terra rudis	380
		Tertia filia	128
		Tollere man <sup>o</sup> & oculos	249
		Tangere de caelo	398
		Tollere pedes	365
		Tollere manus	366
		Transuersum unguem	364
		Tribuo	66
		Vacuu	



DE MODIS LATINE LOQVENDI.

VAcuus à culpa	384	Vnus aliquis	265
Valitudo ifirma	347	Vno tempore	360
Vbiuis gentium	381	Vtroq; uerfum	388
Vena	82	Vfitatis tutius utimur	16
Ve	371	Vfpiam	389
Vel	379	Vfq; ad	383
Venire hereditatem	386	Vfq;	383
Venire in mentem illius tem		Vfq; à, ufq; ab	383
poris	378	Vfq; eo	384
Vertere uitio	121	Vfq; iftinc	384
Verbi gratia	87	Vfq; dum	380 & 384
Verbi caufa	87	Vfu uenire	372
Vicarius	387	Vti frui	389
Vicinum & proximū	293	Vt ne	376
Villa rudis, terra rudis	380	Vt	366 & 367
Viuere uitam	144	Verba quædā modo neutra	
Viuere ætatem	144	absoluta, modo actiua fim	
Vir experies & expert?	398	plicia.	397

FINIS.

DE MODIS LATINE LOQUENDI.

107	Vnde dicitur	107	Vnde dicitur
108	Vnde dicitur	108	Vnde dicitur
109	Vnde dicitur	109	Vnde dicitur
110	Vnde dicitur	110	Vnde dicitur
111	Vnde dicitur	111	Vnde dicitur
112	Vnde dicitur	112	Vnde dicitur
113	Vnde dicitur	113	Vnde dicitur
114	Vnde dicitur	114	Vnde dicitur
115	Vnde dicitur	115	Vnde dicitur
116	Vnde dicitur	116	Vnde dicitur
117	Vnde dicitur	117	Vnde dicitur
118	Vnde dicitur	118	Vnde dicitur
119	Vnde dicitur	119	Vnde dicitur
120	Vnde dicitur	120	Vnde dicitur
121	Vnde dicitur	121	Vnde dicitur
122	Vnde dicitur	122	Vnde dicitur
123	Vnde dicitur	123	Vnde dicitur
124	Vnde dicitur	124	Vnde dicitur
125	Vnde dicitur	125	Vnde dicitur
126	Vnde dicitur	126	Vnde dicitur
127	Vnde dicitur	127	Vnde dicitur
128	Vnde dicitur	128	Vnde dicitur
129	Vnde dicitur	129	Vnde dicitur
130	Vnde dicitur	130	Vnde dicitur
131	Vnde dicitur	131	Vnde dicitur
132	Vnde dicitur	132	Vnde dicitur
133	Vnde dicitur	133	Vnde dicitur
134	Vnde dicitur	134	Vnde dicitur
135	Vnde dicitur	135	Vnde dicitur
136	Vnde dicitur	136	Vnde dicitur
137	Vnde dicitur	137	Vnde dicitur







# HADRIANVS CAR

DINALIS SANCTI CHRISO

GONI CAROLO PRINCI

PI HISPANIARVM,

SALVTEM.



CONSYDERANTI mihi  
in hoc meo secessu, Princeps  
maxime, genus latine loque-  
di, quod circa magni Cicero-  
nis tempora politum, niti-  
dum, candidū, naturali qua-  
dam copia, felicitatēq; proue-  
nit: nihil admirabilius uideſ,  
quàm eos autores, uiros illos  
quidem omni bonarum literarum, artiumq; genere eru-  
ditos, uno propemodum modo, unāq; natiua, germa-  
nāq; lingua locutos esse: Priores, posterosq; ita longe ab  
illo candore abesse, ut non idem Latinus sermo, sed aut  
a omnino





2 HADRIANI CARD. AD CAROLVM PRAEFATIO.

omnino dissimilis, alius uē, aut prorsus mutatus esse uideatur, ut iure dicat Quintilianus: Dicendi mutauimus genus, & post pauca, Quid multis: totus prope mutatus est sermo. Festus uero Pompeius: Latine inquit, loqui, à Latio dictū est: quæ locutio adeo est uersa, ut uix ulla pars eius maneat innoxia. Cum autem mihi tantū nunc ocij sit, quantum antea negocij esse solebat, & quod deo acceptum refero, ab omni Reipublicæ cura uacem, quæ res maxime literis deditum animum iam inde à puero, uarijs officijs, aut potius laboribus, erumnisq; disiunxerat, latini sermonis non uulgares, aut circumforaneos locos, sed intimo eorum, quos dixi, autorum sacrario abditos, & uetustate obrutos eruere, & in lucem proferre curauit: tibiq; inscripsi, quem naturæ uis, patrius, auitusq; splendor, & ineuntis feruor adolescentiæ, ut alijs animi, corporisq; dotibus, ita literis quoq; ad spē summam, culmenq; & fastigium maximarum rerum excitat, & adducit. Erat in animo prosequi cœptū iam pridem opus, sacros ueteris instrumenti libros ex Hebræo ad uerbum in latinum sermonem uertendi. Sed cum me procella temporis in Tridentinas rupes, quo Iudæi ob Simonis cædem ne aspirare quidem audent, detruferit, atq; animus, inquires, nihil agere non posset, hæc sum aggressus: quæ si grauitate, aut magnitudine paria non fuerint, utilitate quidem, ut arbitror, & splendore tuo non minora reddentur, sed ratio, & quædam operis similitudo exigere uisa est, ut commentarium alium, quem de sermone latino nuper ædideram, ijs quæ postea de modis latine loquendi collegi, quasi cuiusdā præfaciunculæ loco præponerem, Is autē erat eiusmodi.





VM BONONIAE VIRI ME  
ALIQVOT ERVDITI, OF-  
ficij causa conuenissent, com-  
mentaremurq; inter nos, ut fit  
inter literarum studiosos, de  
latini sermonis elegantia, audi-  
reinq; eorum plerosq; Apulei,  
Sidonij, Capellæ, Fulgentij, nō  
tam uerbis, quàm foetoribus

scaturire, uerbaq; de industria promere aliorum etiam auto-  
rum, quæ aut obsoleta nimis, aut noua, & omnino barbara  
uiderentur, multaq; ego libere (ut soleo) contra eorum sermo-  
nis insolentiam (non sine stomacho) protulisset: Idq; eo  
animosius essem aggressus, quod uiderem nō tam paucorū  
ipsorum, qui mecum ita essent congressi, quàm cæterorum  
ferè nostri temporis hominum, unum, atq; eundem esse er-  
rorem, foreq; breui, ut relictæ uetere, uerâq; latinitate, in aliã  
omnino linguam, & quasi barbariem commigremus. Ea  
omnia longiusculo tractata sermone, & altiore repetita prin-  
cipio, perpetuâq; oratione, iccirco colligere, ac literis manda-  
re uolui, ut qui hæc legerint, malorum autorum imitatione  
omissa, perfectos illos latini candoris parentes agnoscant,  
studeant, æmulentur: Sed iam quid cum illis egerimus,  
exponamus.

**Q**uatuor propemodum post Romam conditam ui-  
dentur Latinorū doctorum fuisse tempora: antiquis-  
simum, antiquum, perfectum, imperfectum.

a 2 Antiquissimum

**A**ntiquissimum reperimus ab urbe cōdita peruenisse usq; ad Liuium Andronicū: interuallūmq; illud quatuordecim & quingentorum annorum fuisse, Marcus Tullius in Bruto commemorat. Et Horatius, primum hunc scriptorum fuisse significat, cum dicit: Habet hos, numeratque poëtas, Ad nostrum tempus Liui scriptoris ab auo. In quo quidem temporis interuallo fuisse permultos doctos suspicari magis, ut inquit Cicero, quàm intelligere possumus: cū nulla penitus eorum extant in literis monumenta: præter orationem Appij Cæci, & quasdam mortuorum laudationes, sicut in Originibus scriptum reliquit Cato.

**A**ntiquum uero tempus id dicemus, quod ab ipso Liui usq; ad aetatem Ciceronis interfuit: quod quidem uix centum annos, ut ex ipso Cicerone colligitur, excessit. In hoc autem temporis spacio, etsi quamplurimi doctissimi uiri floruerunt, eos tamen horridioribus uerbis usos, & sine cultu, & uerborum delectu locutos fuisse, Ciceronis sequens ætas notauit: ut uerum id esse appareat, quod dicitur: Nihil esse simul inuentum & perfectum. Repertores enim fuerāt, & quasi architecti latinitatis, ut præclare dicit Horatius: Cū lingua Catonis, & Enni Sermonē patrium ditauerit, & noua rerum Nomina protulerit. Nam Liuium anno ipso ante Ennium docuisse fabulam, & Catonem Ennij fuisse æqualem scribit Cicero in Bruto: qui Liuium inepte scripsisse testatur, dicens eum docuisse fabulam non satis dignam quæ iterum legeretur. Et de Ennio Ouidius de Tristibus: Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Testificatur hoc ipsum Suetonius in libello de Claris grammaticis

*Liuius Andronicus  
Ennius  
Cato*



maticis ijs uerbis: Grāmatica Romæ ne in usu quidē olim, nedam in honore fuit, nullo liberalibus disciplinis uacante. Initium quoq; eius mediocre extitit: siquidem antiquissimi doctorum, quidam & poetæ, & semigræci erant. Liuium & Ennium dico, quos utraq; lingua domi, forisq; docuisse adnotatum est. Catonis uero orationes, ut illis temporibus, ualde Cicero in Bruto laudat. Addit tamen significare illas formam quandam ingenij, sed admodum impolitam, & plañe rudem. Et paulopost: Antiquior, inquit, est Catonis sermo, & quædam horridiora uerba. ita enim tunc loquebantur. Et eundem iam desitum legi testatur, cum ait: Catonem uero quis nostrum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit: aut quis nouit omnino? Et subdit, non ignorare se nondum satis esse politum hunc, & quærendum esse aliquid perfectius. Quo tempore etiam fuit Cornelius Cætegus, quem Cicero primum fuisse eloquentem affirmat, Ennij testimonio, qui in Annalibus suis sic de eo scripsit: Additur orator Cornelius suauiloquēte Ore Cætegus. Paulo uero post fuerūt Neuius, Plautus, Cæcilius, Pacuuius, Actius, C. Lælius, P. Scipio, Gracchi fratres, Scauola. L. Crassus, M. Antonius Philippus, C. Cotta, & innumeri alij: quos atas Ciceronis modo priscos, modo ueteres, modo patres, interdum antiquos, aliquando superiores appellat. Quos quidem ueteres nimis antique, & pleraque dure locutos notauit Horatius, cum dicit:

Si ueteres ita miratur, laudatq; poetas,  
 Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.  
 Si quædam nimis antique, si pleraq; dure

a 3 Dicere

Cato

Cornelius Cætegus

Neuius. plautus r

Dicere credat eos, ignaue multa fatetur,  
 Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.  
 Cicero quoq; ueterum illum sermonem si quoq; improba-  
 re ostendit, cum in Bruto dicit: Illius autem ætatis qui sermo  
 fuerit, ex Neuianis scriptis colligi potest: & subdit: Cecilium  
 & Pacuuium male locutos uidemus. Hinc Quintilianus:  
 Actio, inquit & Pacuuius nitor, & summa in excolendis ope-  
 ribus manus magis uideri potest temporibus, quam ipsis  
 defuisse. Idem etiam dixit Lucretium non facere phrasim, id  
 est, corpus eloquentiæ. Martialis etiam de ijs ait: Actius, &  
 quicquid Pacuiusq; uomunt. Et Cicero in Bruto: Carbo-  
 nis, & Gracchi habemus orationes nondum satis splendi-  
 das uerbis, sed acutas, & subdit, C. Gracchum de superiori-  
 bus solum lego, manus tamen extrema non accessit operi-  
 bus eius, præclare inchoat multa, perfecta non planè. Et ite-  
 rum: L. Cotta cum uerbis, tum etiam sono quasi subrustico  
 persequatur, atq; imitabatur antiquitatem. Et in eodem  
 Curionis loci sanè inanes, ueruntamen nondum tritis no-  
 strorum hominum auribus, nec erudita ciuitate tolerabiles.  
 Et Quintilianus pueros monet, ne ueterū admiratores sint,  
 dum sic præcipit: Ne quis pueros antiquitatis nimius admi-  
 rator in Gracchorū, Catonisq; & aliorum similibus lectio-  
 ne durefcere uelit, fient enim horridi & ieiuni. Tum autem  
 quod quasi per gradus eloquentia ad perfectionem ascen-  
 derit, testatur Cicero in eodem Bruto, cum dicit: Quæ fuerit  
 ascensio, & quam in omnibus rebus difficilis optimi perfe-  
 ctio, atq; absolutio ex eo quod dicam, æstimari potest: &  
 paulo post, connumeratis aliquot oratoribus, qui seni iā En-  
 nio suc-

Cecilius  
 Pacuuius  
 Actius

Carbo  
 Gracchus

Cotta

Curio



nio successerant, subiungit: Iam enim erat quædam unctior & splendidior cōsuetudo loquendi. Et subdit: Sergius dein de Galba princeps ex latinis contulit orationi propria ornamenta. Videre licet alios deinde gradus, cum idem Cicero subdit: L. Furius Pilus perbene loqui latine putabatur, literatiusq; ceteri L. Sœuola paulo etiam copiosior, & addit: Erat etiã Pilippus in primis ut tēporibus illis Græcis literis institutus. Et in eodem Bruto, ad Gracchorum ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. Eloquentiæ autem ueluti gradus, ut dixi, factos esse docet idem Cicero in Tusculanis, dicēs: At contra oratorem celeriter complexi sumus, nec eum prius eruditum, aptum tamen ad dicendum, post autē eruditum. Nam Galbam, Africanū, Lælium doctos fuisse memoriæ traditum est. Studiosum autem eū, qui ijs antebat Catonem, post uero Lepidum, Catonem, Gracchos, deinde ita magnos nostram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Et alibi: P. Scipio latine loquendo omnes superabat. Et iterum: Quinti Catuli nō antiquo illo more, sed penè hoc nostro. Et Cicero in eodem Bruto notat ætatem atati suæ proximam, nondum perfecte locutam dicens: Inferioris autem ætatis erat proximus L. Sisen-na doctus uir, studijs optimis deditus, bene latine loquens, huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest. Qui cum facile omnes uincat superiores, indicat tamen quantū absit à summo: nam usus est aliquando ueteribus uerbis, & ab usu perfecto, & auribus eruditis remotis: Recte enim loqui putabat esse, inusitate loqui. De ijs gradibus Quintilianus ita meminit: Fuerunt quædam genera dicendi, conditio  
ne tempo-

*Sergius Galba**Furius pilus**Philippus**Galba  
Africanus  
Lælius**Scipio**Catulus**Sisen-na*

ne temporum horridiora, alioquin magnam uim ingenij præ se ferentia. Hinc sunt Lælij, Africani, Catones, Gracchi: mediam illam formam tenent L. Crassus, Q. Hortensius: tum deinde efflorescit non multum inter se distantium huiusmodi oratorum ingens prouentus. Sed Cornelius Tacitus de claris Oratoribus, hanc distinctam ueterum imperfectionem notat ijs uerbis: Quod ad Ser. Galbam, & C. Lælium attinet, & si quos alios antiquorum agitare non desistis, non exigit defensorem: cum fatear quædam eloquentiæ eorum, ut nascenti adhuc, nec satis adultæ defuisse. Sed hanc nimiam uetustatem Cicero omnino explodendam in Bruto monet: Sed nimia, inquit, uetustas nec habet eam, quæ quærimus summitatem, nec est sanè tolerabilis.

**H**Actenus de tempore antiquo, deinceps de perfecto dicemus. Cæsar, ut idem Cicero refert, rationem adhibens, consuetudinem prisca sermonis uitiosam, & corruptam, pura, & incorrupta consuetudine emendabat, splendidam quædam, minimeq; ueteratoriam rationem dicendi tenens: scripsitq; ad Ciceronem de ratione latine loquendi, ac primo in libro dixit, Verborum delectum originem esse eloquentiæ, eiusq; copiæ principem, inuentoremq; Ciceronem esse. Quod affirmare uidetur & ipse Cicero dum, in Bruto sic loquitur: Certe nos & boni aliquid attulimus iuuentuti, magnificentius quàm fuerit illud genus dicendi, & ornatius: & nocuimus fortasse, quod ueteres orationes post nostras, non à me quidem, meis enim illas antepono, sed à plerisq; legi sunt desitæ. Et subdit: Cum autem ex Sicilia me recepissem, iam uidebatur in me quicquid esset, esse perfectum, & habe

re ma-

Lælij  
Africani  
Cato  
Gracchi

Galba  
Lælius

Cicero de se



re maturitatem quandam suam. Fuisse autem eandem perfectionem in plerisque Ciceronis æqualibus, testatur idem in eodem libro: ubi connumeratis compluribus sui temporis oratoribus, Neculla, inquit, ætate uberior oratorum fœtus fuit. Et in eodem: Triginta annis mihi Crassus ætate præstabat. Quod idcirco posui, ut dicendi prima maturitas, in qua ætate extitisset, posset notari, & intelligeretur iã ad summum penè esse perductam, ut eo nihil fermè quisquam addere possit. Et idem in Tusculanis, non solum perfectionem ætatis suæ testatur, sed interituram breui eloquentiam prædicat: Oratorum, inquit, laus ita ducta ab humili uenit ad summum, ut iam quod natura fert in omnibus rebus, ferè senescat, breuique tempore ad nihilum uentura uideatur. De cuius ætatis perfectione, Cicero in quadam epistola ad Atticum de Tulliola filia loquens, Ergo, inquit, his temporibus tam eruditis quantum fieri poterit, illam consecrabo omni genere monumentorum. Et Horatius:

Venimus ad summum fortunæ, pingimus atque  
Pfallimus, & luctamur, Achiuis doctius unctis.

Et Solinus de Augusto loquens: Quod tempus, inquit, fermè solum repertum est, quo plurimum & arma cessarunt, & ingenia floruerunt. Et Plinius de Naturali historia de M. Varrone loquens: In illa, inquit, ingeniorum quæ tunc fuit multitudine. Et Horatius ueterem ætatem carpens, & suam perfectam affirmans, de Lucilio sic scribit:

Sì foret hoc nostrum fato delapsus in æuum,  
Detereret sibi multa, recideret omne quod ultra  
Perfectum traheretur: & in uersus faciendo

*Crassus*

*Solinus de Augusto*

*Plinius de Varrone*

b Sæpe

Sape caput scaberet, uiuos & roderet ungues.  
 Et Quintilianus postq̄ ut potuit, defēdit Lucilium à nota  
 Horatij, qui cum fluere Lutulentum dixerat: perfectiorem  
 eo Horatium fatetur, cum dicit: Multo est tersior, ac purus  
 magis Horatius. Hanc perfectionem idem Quintilianus  
 dat Tibullo, dicens: Tersus, atq; elegans uidetur esse Tibul-  
 lus: sunt qui Propertium malint. Et idē de Vergilio loquēs:  
 Ut illi naturæ cælesti, atq; immortalī cesserim⁹: ita curæ & di-  
 ligentiæ. Et subdit: Cæteri longe sequentur. Et de Cicerone:  
 Nec uero quod in quocq; optimum fuit, studio cōsecutus est  
 tantum, sed uel plurimas, aut potius omnes, ex seipso uirtu-  
 tes extulit immortalis illa ingenij, & beatissima ubertas. &  
 subdit: Ut non hominis nomen, sed eloquentiæ uideatur.  
 Et de Cæsare, quod perfecte loqueret, Cicero in Bruto: Cæ-  
 sar Latine loquebatur elegāissime, nec id solū domestica cō-  
 suetudine, tamē ut esset perfecta illa bene loquēdi laus, mul-  
 tis literis, & ijs quidem reconditis, & exquisitis summo stu-  
 dio, & diligentia est consecutus. Erat præterea Hortensius,  
 (ut inquit Cicero) uerborum splendore elegans. Erant in L.  
 Torquato plurimæ literæ, nō hæ uulgares, sed interiores, &  
 reconditæ, & summa uerborū grauitas, & elegantia, L. Do-  
 mitius nulla quidē arte, sed Latine dicebat. Erat Pisoni uer-  
 borum delectus elegans. In M. Claudio autem uerbum nul-  
 lum, aut durum, aut insolens, aut humile, aut in longius du-  
 ctum. Marcellus lectis uerbis utebatur. Quid plures huius  
 ætatis coner præterea conquirere? quorum nomina ut do-  
 ctissimorum uirorum multis in locis connumerata compe-  
 riri poterimus: Scripta autem cū sint uetustate deleta, nusq̄  
 reperiē-

*Lucilius**Horatius**Tibullus**Propertius**De Cicerone**De Julio Cæsare**Hortensius**Torquatus**Domitius**Pisus  
Claudius**Marcellus*



reperiemus, quin potius eius temporis ea proferamus, quorum monumenta quotidie in manibus uersantur. Lege multorum epistolas, quæ inter Ciceronis epistolas leguntur, ut Seruij Sulpitiij, M. Marcelli, Q. Metelli celeris, Q. item Metelli nepotis, P. Vatinij, L. Lucei, M. Bithinij Curionis, M. Cælij, Dolobellæ, Gn. Planci, Galbæ, C. Asinij Pollionis, M. Læpidi, A. Cæcinnæ, Decij Bruti, M. item Bruti, C. Cassij, C. Marij, P. Lentuli, Trebonij, M. Catonis, C. Cæsaris, Gn. Pompei, Q. Ciceronis filij, Cornelij Balbi, Oppij, Hirrij. Quos & penè infinitos alios eruditissimos uiros florentissima hæc Ciceronis ætas effudit. dices in hac sola inesse succum illum, & quasi sanguinem incorruptæ Latinitatis: ac nõ fucatum, sed naturalem quendam eloquentiæ nitere candorem, pari propemodum ingenij felicitate, & uerborum elegantia: ut si titulos dempseris, illas non facile à Ciceronis epistolis internoscas: Quod præclare Cornelius Tacitus De claris oratoribus comprobat, cum dicit: Sicut apud nos Cicerone quidem cæteros eorundem temporũ difertos antecessit, sic Caluus & Asinius, & Cæsar, & Brutus iure prioribus & sequentibus anteponuntur. Nec refert quod inter se specie differant, cum genere consentiant. at astrictior Caluus, numerosior, Asinius, splendidior, Cæsar, amarior, Cælius, grauior, Brutus, uehementior & plenior & ualentior Cicerone: Omnes tamen eandem sanctitatem eloquentiæ ferunt, ut si omnium pariter libros in manum sumpseris, fatearis quamuis in diuersis ingenijs esse quandam iudicij, ac uoluminis similitudinem, & cognationem.

**S**ed iam de imperfecto, & corrupto potius, ac uicioso tem-

b 2 pore,

*Scriptores Ciceronis tpe  
q ad illu ætas respere.*

*Caluſ  
Asiniſ  
Cæſar  
Brutiſ*

*Cicero*

pore, ut proposuimus, aliquid afferamus. Secuta post ætatem Ciceronis alia doctorum ætas, satis uel eorum proprio testimonio indicauit, non solum quantum à cacumine, & fastigio præcedentis ætatis abfuerit: uerum etiam mutato dicendi genere, & eloquentia omni propè in barbariem uersa, ad imum celerius quidè t̄p̄ ascenderat, properarit: Quod ut luce clarius uideatur, pauca quæ ex multis breuitatis causa collegi, labenti stilo ueluti quodam inducto freno subnectam. Seneca in prologo primæ declamationis: Ut possitis, inquit, æstimare quātū quotidie ingenia decrescāt: & nescio qua iniquitate, & ad malum pronitate naturæ, eloquentia se retro tulerit. Quicquid habet Romana facundia, quod infolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia, quæ lucem nostris studijs attulerunt, tunc nata sunt. In deterius quotidie data res est, ut ad summum perducta rursus ad infimum uelocius quidem t̄p̄ ascenderat, relabatur. Quod etiam affirmat Statio in epistola Siluarum suarum, dicens: Manlius certe Vopiscus uir eruditissimus, qui uindicat à situ literas iam penè fugientes. Et Quintilianus: Dicendi, inquit, mutauimus genus, & ultra nobis t̄p̄ oportebat indulgimus. Et alibi: Quid multa? totus propè mutatus est sermo. Et Diomedes grammaticus hanc literarum bonarum quasi ruinam testatur, cum dicit. Iniecit postera ætas manum: & ueluti disciplinam pristini sæculi, ita sermonem fastidire cœpit, & noua ueluti parturire uerba. Et alibi: Quasi ante oculos ponit non solum imperfectionem sui sæculi, sed etiã nostri, dum ait: Quid quod nihil iam proprium placet, dum parum creditur disertum, quod alius dixerit.

Seneca

Statio

Quintilianus

Diomedes



xerit: A corruptissimo quoque poëtarū figuras, seu translationes mutuamur: tum demū ingenioſi, ſi ad intelligendos nos opus ſit ingenio. Et A. Gellius: Animaduertere eſt ple-  
 raq; uerborum Latinorum ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt deceſſiſſe, uel in aliam longe, uel in proximam: eamq; deceſſionem factam eſſe conſuetudine, & inſcitia temere dicentium: quæ cuiuſmodi ſint, non didicerunt. Cornelius uero Tacitus in eo libello, quem de Claris oratoribus ſcripſit, hæc omnia latius perſequitur, cū in dialogo Maternū quærentem inducit: Exprime, inquit, Materne cauſas, cur tantū ab eloquentia eorum receſſerimus? cum præfertim centum uiginti annos ab interitū Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit. Et ſubdit: Quis enim ignorat eloquentiam, ac cæteras artes deſciuiſſe ab iſta uetere gloria? non inopia hominum: ſed deſidia iuuentutis, & negligentia parentum, & inſcitia præcipientium, & obliuione moris antiqui. Quæ mala primum in urbe nata, mox per Italiam uſa, iam in prouintias manant. Quod adeo negligitur ab horum temporum diſertis, ut in actionibus eorum, in quoque uerbo quotidiani ſermonis foeda, ac pudenda uitia deprehendantur. Et ſubdit: Vt in pauciſſimos ſenſus, & anguſtas ſententias detrudent eloquentiam, uelut expulſam regno ſuo: ut quæ olim omnium artium, ut dicunt, pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circunciſa, & amputata, ſine apparatu, ſine honore penè dixerim, ſine ingenuitate, quaſi una ex ſordidiſſimis artibus diſcatur. Ergo hanc primam, & præcipuam cauſam arbitramur, cur tantum ab eloquentia receſſerimus. Imperfectionem etiam ſui temporis teſtatur

A. Gellius

Cez. Tarity

b ; Plinius

*Plinius*

Plinius in epistola Naturalis historię, cum libros suos res-  
 pectos esse affirmat plurimarum rerum, aut rusticis uocabu-  
 lis, aut externis, immo barbaris, nõ sine honoris præfatione  
 ponendis. Et ut per gradus ad summum ascenderit eloquẽ-  
 tia, sic eam per gradus ad imum descendisse uideamus. Ma-  
 crobius etiam tempora sua hac imperfectione infecta signi-  
 ficat, cum dicit: Petitũ, impetratumq; uolumus, ut æqui bo-  
 ni consulant, si in nostro sermone natiua Romani oris ele-  
 gantia desyderetur. Apuleius autem, quem nostri temporis  
 magis curiosi, quàm eruditi sequi, & æmulari studet, in prin-  
 cipio operis sui, latinas literas ignorare fatetur: In urbe, in-  
 quit, Latia aduena studiorum Quiritum indigenam sermo-  
 nem erumnali labore, nullo magistro præeũte aggressus ex-  
 colui. En ecce precamur ueniam, si quid exotici, ac forensis  
 sermonis rudis locutor offendero: iam hæc quidem ipsa uo-  
 cis imitatio desultorię scientię stilo quẽ accessimus respon-  
 det. Quis rogo te ferat non tam Apuleium, qui ut mali ædi-  
 ficij dominus se architectum non adhibuisse, ita literas sine  
 præceptore coluisse gloriatur: quàm aliquos esse, qui malint  
 foetores, & quisquillas eius colligere, quàm uerborum flori-  
 bus perfectissimę Ciceronis ætatis, quàm signauimus inhæ-  
 rere: Sed quid aliĩ Apuleio similes insequentũ ætatum au-  
 tores de seipsis, & temporum suorum inscitia balbutiant ui-  
 deamus. Sidonius de suis nugis: Talis est ordo, inquit, ut si-  
 ne plurimis, nouisq; uerbis, quę præfata pace plurimorum  
 eloquentiũ specialiter tibi, & Complatoniciis tuis nota sunt,  
 nugę ipsę non ualuerint expediri. Et alio in loco de libera-  
 libus artibus agens ita loquitur: Virtutes artium istarum sæ-  
 culis po-

*Sidonius*



culis potius priscis sæculorum rector ingenuit: quæ per atatem mundi iam senescentis, lassatis ueluti seminibus emedulata parū aliquid hoc tempore, atq; id in paucis mirandū, ac memorabile ostentant. Et alibi: Inrebuīt, inquit, multitudo desidioforū, ut nisi uel paucissimi merā Latialis linguæ proprietatem de triuialium barbarismorum rubigine uindi caueritis, eam breui abolitā defleamus. Et Fulgentius: No-

stri, inquit, temporis erumnosa miseria nō dicendi petit studium: sed uiuendi flet ergastulum. Nec famæ assistendum poëtica: sed fami consulendum domestica. Martianus uero Capella, Martianum filium nugas suas non ferentem in-

troducit, dum in principio operis sui sic orditur: Dum crebrius istos Hymenæi uersiculos, nescio quid inopinum, inta-

ctūq; moliens respersum capillis albicantibus uerticem, in cremen-

tisq; lustralibus decuriatum, nugulas ineptas non perferens Martianus interuenit. Quid de alijs aliarum at-

tum hominibus dicam: quorum nonnulli etiam nostri tem-

poris scriptores, cum quid scribere sunt aggressi, non solum

bonorum uerborum delectum neglexerunt: sed illud maxime studuerunt: ut uel ueteratorum rubiginem, uel nouorū

autorum asperitatem suis scriptis admiscuisse, & similitudinem pessimi cuiusq;, & corruptissimi ultro appetisse uideantur. Quo factum est, ut non solum proprietatem Romani

sermonis: uerum omnem penē illam suauitatem: & quasi salubritatem Latinæ dictionis amiserint: obliti hūc esse legendi fructū, æmulari meliora, & quæ in alijs maxime probes: quæ uē inter optimi cuiusq; & elegantissimi dicta mireris, in aliquem usum non sine uenustate, atq; luce, ac munditia uerborum

“ Fulgentius

“ Martiana Capella

borum concinna deriuatione cōuertere, sicuti Cicero, & eius  
 ætatis candidissimi autores fecerunt: quàmuis ad illud fasti-  
 gium, illam summitatem, & prope diuinitatem aspirare ne-  
 mo possit: Illa enim sublimitas quanquam imitabilis illa  
 quidem uidetur cupienti, nihil tamen est experiendi minus:  
 audendum tamen, & ita annitendum, ut quod assequi non  
 possumus, imitari saltem uoluiffe uideamur. Sed quoniam  
 nihil nos præcipiendi causa dicere, neq; magistri, sed æstima-  
 tores uideri uolumus: nec sermonem nūc tam informamus  
 bonum, quàm deterremus malū: quantū Cicero, & ea æta-  
 te Latinitatis principes noua uerba uitauerint, unde omnis  
 Latinae linguae perniciēs cōparata est, breuiter ostendamus.  
 Cicero in Oratore, oratorem instruens ita præcipit: Ergo il-  
 le tenuis orator, modo sit elegans, nec in faciendis uerbis erit  
 audax, & in transferēdis uerecūdus, & parcus, & in priscis, reli-  
 quisq; ornāmētis, & uerborū, & sententiarū remissior. Quin-  
 tilianus uero Vsitatis, inquit, uerbis tutius utimur, noua nō  
 sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt, modi-  
 cam laudem afferunt: repudiata etiam in iocos exeunt. Au-  
 dendum tamē. nanq; ut ait Cicero, etiam quæ primo dura  
 uisa sunt, usu molliuntur: sed nobis non est cōcessa fictio no-  
 minum. Siquis autem dixerit ideo nouanda esse nobis uer-  
 ba, quod eorum penuria laboremus: audiat Ciceronem, qui  
 de natura deorū ita loquitur: Quod illa quæ à Græcis acce-  
 pissent, Latine dici posse diffident. In quo genere tantum  
 profecisse uidemur, ut à Græcis ne uerborum quidem copia  
 uinceremur. Et in Tusculanis: O uerborū inops interdum,  
 quibus abundare te semper putas Græcia. Et de finibus bo-  
 norum



norum & malorum: Sed ita sentio, & sæpe differui Latinam  
 linguam nõ modo non inopem, ut uulgo putatur, sed locu-  
 pletiore esse q̃ Græcam. Sed dicet aliquis, parienda esse  
 necessario noua uerba, cum quid ex Græco uertendum sit,  
 & minus occurrat uerbum latinum usitatum. Sunt enim (ut  
 inquit Cicero De finibus bonorum & malorũ) imponenda  
 noua nouis rebus nomina. Sed ad hoc quasi respondere ui-  
 detur A. Gellius cum dicit: Cum quid ex Græco, quod non  
 placeret, transferre uoluiffem, hoc ego supersedi uertere: quia  
 nouis, & inconditis uocibus utendum esset, quas pati aures  
 per insolentiam uix possent. Sed ipse idem Cicero, qui dixit  
 uerba noua parienda esse, imponendaq; noua nouis rebus  
 nomina, usuq; mollienda, quæ dura præ nouitate uideren-  
 tur: q̃ abstinens illorum fuerit, quam uue nouitatem uerborũ  
 uitauerit, infra ponemus. Cum in Bruto, Dedamo uerbum  
 fui temporis nouum dicere uellet, Cõmentabar, inquit, deda-  
 mitans: sic enim nunc loquuntur. Et idem in libello De mun-  
 do: Ut in singulis, inquit, essent bina media, uix enim audeo  
 dicere medietates: sed quasi ita dixerim, ita intelligatur. Et in  
 Philippicis, M. Antonium notãs, quod uerbum nouũ pro-  
 tulisset, ita dicit: Tu porrò ne pios, quidẽ, sed pijsimos quæ-  
 ris: & quod uerbum omnino nullum in lingua Latina est, id  
 propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Varro au-  
 tem de lingua Latina docet, antiquos etiã uitasse uerba ni-  
 mium noua. Extremum, inquit, nouissimum quoq; dici ce-  
 ptum uulgo: quod mea memoria, ut Aelius Gallus, sic se-  
 nes aliquando nimium nouum quod esset, uitabant. Et A.  
 Gellius: Quod à M. Varrone proloquium, à M. Cicerone

c      pronunciatũ

pronunciatum dictū est. Quo Cicero tamen uocabulo tantisper uti se attestatus est, quoad melius, inquit, inuenero. Quintilianus autem ueriloquiū, inquit ipse Cicero, qui finxit reformidat. Et Cicero De finibus bonorū & malorum: quasi cum dolore dixit, ut ita dicam, indolentia. Varro uero De analogia uerborum, Repertores uerborum nouorū damnat, ostendēs ipsas aures nouitates has quodammodo respuere, cum dicit: Tantum inter duos sensus interesse uolunt, ut oculis semper aliquas figuras supellectilis nouas cōquirant, cōtra aures expertes esse uelint. Quotus quisq; iam seruus habet priscis nominibus, quæ mulier suum instrumentum uestis, atq; auri ueteribus uocabulis nō inductis: non tam illis irascendū est, q̄ huiusce prauitatis patronis. Et idem Aeditimum dici oportere censet magis, q̄ Aedituum: quod alterum sit recenti nouitate fictum, alterum antiqua origine incorruptū. Sed pro eo à plerisq; Aedituus dicit, noua & commētitia usurpatione. Quæ omnia cum ita sint, A. Gellius quasi de ijs sententiam ferens libro x. ita scriptū reliquit: Verbis uti aut nimis obsoletis, exculatisq; aut insolentibus, nouatisq; dure & illepide, par esse delictum uidetur. Sed molestius equidem, culpatusq; esse arbitror, uerba noua, incognita, inaudita dicere, q̄ inuulgata & sordentia. Noua autem uideri dico etiam ea, quæ sunt inusitata & desita, tametsi sint uetusta. C. etiam Cæsar libro De analogia, monuit, Infrequens, atq; insolens uerbum tanq̄ scopulū fugiendum esse. Suetonius quoq; de Augusto scribens: Genus eloquentiæ, inquit, secutus est elegans, & temperatum, uitatis sententiarum ineptijs, atq; inconcinnitate, & recōditorū uerborum



borum (ut ipse dicit) fœtoribus: præcipuamq; curã duxit sensum animi, quàm apertissime exprimere. Cacozelos autẽ, & antiquarios, ut diuerso genere uitiosos pari fastidio spreuit. Sed nec Tiberio parit exoletas interdum, & reconditas uoces aucupanti. M. quidem Antonium, ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quæ mirẽtur potius homines, quàm intelligãt. Sed opus est, inquit, dare te operam, ne moleste scribas, aut loquaris. Quem Augustum A. Gellius ab eloquentia, & latinitate laudat, dum dicit: Diuus etiã Augustus memoriarum ueterum exequentissimus, linguæ Latinæ nõ nescius, mundiciarum patris sui in sermonibus sectator. Et Cicero De oratore, prædare monet uitanda esse uerba prisca, & à consuetudine sui temporis, quo perfectio sermonis uigebat, remota, cum dicit: Quãquam sunt illi ueteres, qui ornate nondum poterant, ea quæ dicebant, omnes propè prædare locuti. Quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem poterunt loqui nisi Latine. Neq; tamen erit utendum uerbis ijs, quibus iam consuetudo nostra nõ utitur, nisi quando ornandi causa parce. Sed usitatis poterit uti lectissimis, & utat' ijs, qui in ueteribus erit scriptis studiose, & multum uolutatus. Et sic Latine loquamur, ut uerba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat, hæc Cicero. Sed quanq; in omni re difficillimũ est formam optimi exponere, quod aliud alijs uidetur optimum: Varia enim sunt iudicia, nec facilis explicatio, quæ forma excellat: Dubitari tamen à recte cõsiderantibus nequaquã poterit, quin illa multorum nostri tẽporis insulfitas, & insolentia, ac quædam (ut ita dicam) orationis insania siccitas: inopia, à malorum autorum lectione, &

» imitatione nascatur. Quare cum sit eloquentiæ, sicut reliqua  
 » rum rerum fundamentum Sapientia: Vnde in Poëtica te-  
 » statur Horatius:  
 » Scribendi recte sapere est, & principium, & fons:  
 » Et in bonis omnia quæ summa sunt, iure laudentur: Verbo-  
 » rum bonorum delectus est in primis sapienter habendus.  
 » idc̄q; facile assequemur, si delegemus nostratia, nō peregrini-  
 » na: propria, non inepte translata: usitata, non noua: pura, nō  
 » horrida: luminosa, nō tenebricosa. Quod cōtingere certe nul-  
 » li poterit, nisi ei, qui autores diuinæ illius Ciceronis ætatis  
 » perlegerit. Sublimitas em̄, & magnificētia, & nitor, & autori-  
 » tas ex optimis illis eius sæculi autoribus tantummodo pro-  
 » uenit: ij soli locutionem emēdatam, & Latinam, & originē,  
 » & quasi solum, ac fundamentum quoddam eloquentiæ po-  
 » fuerunt. Insequentium autem autorum lectio, doctrinā qui-  
 » dem diuersarum rerum conferre poterit. Elegantiā autem  
 » & nitorem uerborum non poterit, quin potius mixtura uer-  
 » borum, quibus illi usi postea fuerunt, omnem propè florem  
 » incorrupti illius sermonis, quem quis ex optimorum lectio-  
 » ne collegerit, breui quasi de manibus excutiet, barbarūque  
 » omnino reddet. Cum autem quicquid literis mandatur, id  
 » commendari omni eruditorū iudicio deceat: sitq; decus ho-  
 » minis ingenium, ingenij uero eloquentia: nec tam præclarū  
 » scire latine, quàm turpe nescire: eniti, & toto (ut aiunt) pecto-  
 » re incumbere debemus, ut nō uulgares literas, sed interiores  
 » & perfectas, uerborum grauitatem & elegantiam, nitore &  
 » candorem, atq; ueram deniq; Romani sermonis eloquenti-  
 » am, de perfectorum illorum quos connumeravi autorū fon-  
 » tibus



tibus hauriamus. Abiecta, obsoleta, prisca nimium & uetusta priorum, noua q̄ omnia sequētium autorum fugiamus. Sed in hoc uerborum delectu aurium quoq; quoddam iudicium adhibendum est: quod non arte aliqua perpeditur, sed quodā quasi naturali sensu, prudētia q̄ percipitur. Cū uero ex uerbis om̄is conficiat̄ oratio, atq; idcirco illustria uerba ex optimo quōq; id ætatis autore legenda sint, ut Latina & elegans surgat oratio: Id quōq; maxime obseruandū est, ne qua nimis elaborata concinnitas, lumen eloquentiæ potius extinguat, quàm accendat. Remouendus erit igitur ( ut ait Cicero) omnis insignis ornatus, nec calamistri quidem adhibebuntur, fucati etiam medicamenta candoris, & ruboris omnia repellentur: elegantia tantum, & mūditiā quæratur: sermo purus, & Latinus remaneat dilucidus, luculētus, politus, planus: quid deceat, circumspicietur. Omnis enim pars orationis esse debet laudabilis, sic ut uerbum nullū nisi graue, aut elegans excidat. Cumq; in omnibus rebus uidendū sit, quatenus ne nostra modum excedat oratio, una breuiq; Ciceronis clausula concludemus. Sic, inquit, modo is, qui dicet, aut scribet, institutus liberaliter, educatione, doctrināque puerili, & flagret studio, & à natura adiuuet̄: & uniuersorū generum infinitis disceptatiōibus exercitatus, ornatissimos scriptores, oratoresq; ad imitandum cognorit: ne ille haud sanè, quemadmodum uerba struat, & illuminet, à magistris istis requireret, ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta (duce natura ipsa, si modo est exercitata) labetur. hæc ille. Exercitatione autem hæc omnia facile cōsequemur. Stylus enim optimus scribendi artifex, structurā non inopē,

non minutam, non interpunctam, sed locupletem, numero  
 sam, aptamq; conficiet. Omissis igitur, & repudiatis nouitijs  
 istis, & semidoctis, qui ignobilia nimis, & sordentia, nouata,  
 fictaq; uerba de imperfectis autoribus eruere, & in usum La  
 tinæ linguæ introducere, ac ueluti ciuitate donare, & quasi in  
 Latinam coloniam deducere gestiunt literarum ostentatio  
 ne, inepti uerius quàm gloriosi: elaboremus ueluti apes le  
 ctissimis floribus insidere. prosequi em̄ quod quisq; unq;,  
 uel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimix misere  
 ria est, aut certe inanis iactantiæ, & detinet, atq; obruit inge  
 nia melius alijs uacatura. Eruditionem uernaculam, ac ple  
 beiam, & uerborum mōstra uitemus eorum hominum, qui  
 inquinata, & parum composita, minusque eleganter scripse  
 runt: quorum ita est confusa oratio, ita perturbata, tantæque  
 insolentia, ac peruersitate uerborum interlita, ut oratio, quæ  
 lumen rebus adhibere debet, obscuritatem potius, & tene  
 bras afferat. Dum enim exquisitis, nouisque uerbis uti uo  
 lunt, infantissimi reperiuntur: qui ueluti Sifennæ Simioli, cū  
 emendatores usitati sermonis esse uelint, deterreri non pos  
 sunt, quominus inusitatis uerbis utantur, nihil aliud recte &  
 latine loqui putantes, nisi noue & inusitate loqui: Verbisq;  
 improprijs gaudentes, redundantibus, obscuris, ambiguis,  
 nouis, Græcanicis: quo magis eorū expurgandus est sermo,  
 fugiendaq; barbaria, ediscendaq; de Cicerone, & Ciceronis  
 » æqualibus uera Latinitas: quæ nihil aliud est nisi incorrupta  
 » loquendi obseruatio secundum Romanam linguam. Cuius  
 (ut dixi) licet ueteres illi, quos connumeravi, quasi genito  
 res extiterint: eam tamen sæculum illud Ciceronis emenda  
 uit, excoluit



uit, excoluit, expoliuit. Sed satis sit hoc admonendi, non docendi causa dixisse, propter aggreſtes quosdam, & indomitos certatores. Qui cum imitari neſciant autores bonos, malos causa nouitatis extollunt. Nec id uitio mihi dari debet. An (ut ait Varro) reprehendendus ſit, qui orationem minus ualentem propter malam conſuetudinem traducit in meliorem? An cum quis perperam conſueuerit quid facere in ciuitate, nō modo patiemur, ſed etiam pœna afficiemus? Idem, ſi quis perperam conſueuerit dicere uerbum, non corrigemus, cum id fiet ſine pœna? Adde quod perſugio literarum nihil gratius, nihil iucundius, nihil homine libero dignius inuenio. Agitatio enim mentis inſtitutæ ad agendum ſemper aliquid dignum uiro tantisper acquieſcit, dum in literarum ſtudijs uerſatur. Ea enim, uel diſcendo, uel ſcribendo alitur, in eaque ſcientiæ & cognitionis delectatione perfunditur.

Fitque (ut ait M. Varro) ut dum

iſta muſitamus, pluribus ho-

ris uiuamus: quanquàm

ea demum, ſolâ

que dicenda

eſt ui-

ta,

quæ ſi-

ne CHRI-

STO deo non

uiuitur. Vale.

Miror



IROR admodum post aureum illud Ciceronis sæculum, plerofq; doctissimos uiros, qui ad nostram usq; memoriã, multa eruditissime scripserunt, ne odoratos quidem esse tam suaues dicendi flosculos, qui passim fragrant, & enitescunt in lectione perfectissimorum autorum, quos quasi inuictissimos Heroas immortalis illa, ac propè cælestis Ciceronis atas, ueluti equus ille Troianus effudit. è quibus ego (quod sine arrogancia dixerim) accurate, diligenterq; nonnullos collegi, ac propemodum in fasciculos, manipulosq; singillatim, ac suo quenq; loco disposui: quo & his literulis desiderium urbis Romæ, à qua tot iam annos absum, lenire, & simul ut bonarum literarum studiosis, ac posteritati utcumq; prodessem. Cum autem sint nonnulli, qui non modo elegantiam uerborum, sed proprietatem ipsam, & uerum, ac natuum dicendi succum nihili faciant, ad sensa uero sola respiciant: in eaq; hæresi ita hæreant, atq; tabescant, ut ad suam opinionem etiam leges per capillos attrahant repugnantes: Adducunt enim Vulpianum, qui de adimendis legatis, lege, Si quis, Sed melius est, inquit, sensum, quam uerba amplecti. & eundem de præscriptis uerbis, lege, Natura rerum inductum est, ut plura sint negotia, quam uocabula. & Celsum de legibus, Scire leges non hoc est uerba earum tenere, sed uim ac potestatem habere: & Paulum de fundo instructo, lege, Cum declamationis: Optimum ergo esse, Pedius ait, non propriam



priam uerborum significationē scrutari, sed in primis quid testator demonstrare uoluerit, idem non attendunt, id solū à iuriconsultis præscribi, cum quid manifeste colligitur, aliud quem sensisse, quæ dixisse, aut scripsisse, quod præcipue in testamentis usu uenire solet: In cæteris uero ueluti capite sanctum esse, ut proprietates uerborū, quibus singulis tota oratio conficitur, omnino obseruetur. nam quis nescit proprietate uerborum neglecta, quibus totum orationis corpus, uelut quibusdam filis contextitur, orationem ipsam conturbari, incertamq; & ambiguam reddi? Quam opinionem à legibus profectam, leges ipsæ aperte postea infirmāt, ut Martianus de legatis tertio, Non aliter, inquit, à significatione uerborū recedi oportet, quæ cum manifestum est aliud sensisse testatorem, & subdit: Cum plerunq; abusiue loquantur, nec propriis nominibus, ac uocabulis semper utantur. & Scauola de suppellectili legata, lege, Labeo: Non enim, inquit, ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina (inquit Seruius) exaudiri debere, & subdit: Et quidem non arbitror quem quam dicere quod non sentit, ubi maxime nomine usus sit, quo id appellare solet. & post paulo: Non tamen à Seruio dissentio, non uideri quem quæ dixisse, cuius non suo nomine usus sit. & Paulus de rebus dubijs, lege, In ambiguo sermone non utrumq; dicimus, sed id duntaxat quod uolumus: Itaq; qui aliud dicit quam uult, neq; id dicit, quod uox significat, quia non uult: neq; id quod uult, quia id non loquitur. Similiter sentire uidetur Diodorus, cui Crono cognomentum fuit: Nullum, inquit, uerbum est ambiguum: nec quis quæ ambiguū dicit aut sentit, nec aliud dici uideri debet, quam quod

d se dicere

se dicere sentit is qui dicit: At cum ego, inquit, aliud sensi, tu aliud accepisti: obscure magis dictum, quàm ambigue uideri potest. Quare (ut in Bruto ait Cicero) cum confluerint in hanc urbem multi inquinatè loquentes ex diuersis locis, eo magis expurgandus est sermo, & adhibenda ratio, quæ mutari non possit, nec utendum prauissima consuetudinis regula. Nam cū eloquentia (ut ait Cicero de optimo genere oratorum) constet ex uerbis & sententijs: perficiendum est, ut pure, & emendate loquētes, quod est Latine, uerborum & priorum, & translatorum elegātiā persequamur: Sed iam quod instat agamus.

**Q**uam abstrusus, & quædiu apud ueteres ueluti de industria latitans modus hic dicendi à multis non intellectus, à nullis ferè rectè obseruatus est?

Acceptum enim referre, & expensum ferre nemo hactenus (quod sciam) rectè collegit. Quæ uerba cū frequēter apud bonos autores diuinæ illius Ciceronis atatis legissem, collatis locis, & discussis, id uidetur mihi esse acceptum referre, quod peruerso loquendi modo dicunt ponere ad introitū: Expensum autē ferre, id esse, quod corrupto sermone dicunt ponere ad exitum. Quod ut clarius cognoscatur, loca ipsa, quæ collegi, ponere, & paulo altius repetere statui. Duæ erant apud ueteres tabulæ, ut etiam nunc fit: Vna accepti, altera expensi: Hæ postea mutato dicendi genere, ut in plerisque alijs, à multis tabulæ dati & accepti dictæ sunt. Sed nos optima quæque uerba Latina quærenda censemus, barbara & noua relinquēda. Quod autem accepti & expensi tabulæ uocaretur, Cicero testatur pro Roscio Comedo,

cum

*Acceptū referre, ē zero  
gnoscere se accepisse.*



cū dicit: Tabulas Fannius accepti, & expensi profert suas. & paulo post: Vtrū cetera nomina in codice accepti & expēsi digesta habes, an non? & ibidem: Nō habere se hoc nomē in codice accepti, & expensi. & in eodē: Quando sextertiū. CCCLIII. in codice accepti & expensi non sunt? & subdit: Tum in codice acceptū, & expēsū esse debuit. Plautus in Mostellaria: Bene igitur ratio accepti atq; expēsi inter uos conuenit. Cicero in Verrem: Nunc ad sociorum tabulas accepti & expensi reuertamur. Cum autē scribebant in tabula accepti, se pecuniā ab Titio accepisse, Titio dicebant pecuniā acceptam referre: Vbi uero in altera tabula notabāt se pecuniam Titio dedisse, Titio scribebant pecuniā expensam ferre. Declarat hoc Asconius Pedianus, cū dicit: Quæstores urbani ararium curabant, eiusq; pecunias expensas & acceptas in tabulas publicas referre consueuerant: ex quibus postea modus loquendi translatus est: ut cū quid officij in nos ab aliquo conferatur, id nos illi acceptū referre: cōtra si quid ab eo aduersi accidat, improbitati illius expensum ferre dicamus. utrunq; genus loquendi, quæ his subscripsimus loca manifestius demonstrabunt.

Cice. pro Aulo Cecinna: Hac emptione facta, pecunia soluitur à Cefemnia: cuius rei putat iste rationē reddi nō posse, quod ipse tabulas euerterit: se autē habere argentarij tabulas, in quibus sibi expensa pecunia lata sit. acceptaq; relata, quasi id aliter fieri oportuerit, cum omnia ita facta essent, quemadmodum nos defendimus.

Idem in Verrem: Propter quod minus Dolobella Verri acceptum rettulit, q̄ Verres illi expensum tulit.

d 2 In eundē

In eundē: Homo stultissime, atq; amentissime tabulas cū cōficeres, & cum extraordinaria pecunia crimen subterfugere uelles, satis te elapsurū omni suspitione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, ijs expēsam non ferres, neq; in tuas tabulas ullum nomen referres, cum tot tibi nominibus Curtij referret, quid proderat tibi expensum illi nō tulisse?

In eundem: Ecce generatio erat eiusmodi iudices, ut etiā hic quaestus huic cederet: nam quas pecunias ferebat ijs expensas, quibus cū contrahebat, aut scribæ istius, aut Timarchidi, aut etiam ipsi isti referebat acceptas.

In eundem: Si mihi acceptum non retulisset, putabat se aliquid defensionis habiturum.

In eūdem Verrem: Sexcenta milia accepta pupillo Malleolo rettulit. & subdit: Quando Chryfogono expensa lata sunt?

Ibidem: Tamen sextertia sexcenta milia cū accepta rettulisset, sextertia quinq; milia soluta non sunt.

Idem in Philippica II. Ego amplius sextertiorum ducenties acceptum hæreditatibus rettuli.

Idem pro Roscio Comedo: Qui pecuniam expensam tulerunt, & subdit: Ille si non iussu huius expensum tulisset, nō scripsisset. Et ut intelligatur acceptum referre, uel expēsam ferre, id esse quod dixi, scribere uidelicet quem debere, uel creditorem esse, etiam si pecunia data nō esset: declarat Cicero in eodem Roscio, dicens: Hæc pecunia necesse est, aut data, aut expensa lata, aut stipulata sit. Datā non esse, Fannius confitetur: expensam latam nō esse, codices Fannij cōfirmant: stipulatam non esse, taciturnitas testium cōcedit.

Idem



Idem Rufo: Si mihi expensa ista sextertia centū tulisses.

Idem Attico: Pro eo tibi præsentem pecuniam solui imperaui, ne tu expensum muneribus ferres.

Eidem: Videas enim unde nūmi sint, mihi feras expesum.

Idem in Philippica: Quis unquē in illo inuentus est, qui Lucio Antonio mille nummum ferret expensum?

Horatius:

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille

Cherilus: incultis qui uersibus, & male natis,

Rettulit acceptos regale numisma Philippos.

Julianus de iure dotium. l. Talis. Socer genero suo sic legauerat. l. Titio filia: meæ nomine. C. hæres meus damnas esto dare, hanc pecuniam generum petere debere, & exactam, acceptam legatis referri.

Vulpianus ad Senatusconsultum Trebellianum. l. Mulier: Dicendum est potius fructibus hoc expensum ferendū, quàm fidei commissio.

Alphænus de manumissionibus. l. Seruus: Sed si interea dum eum manumitteret, acceptum seruo rettulisset, uideri peculij fuisse.

Floren. de pignoratitia actione. l. Cum & sortis nomine, & usurarum aliquid debeat, ab eo, qui sub pignoribus pecuniam debet, quicquid ex uenditione pignorum recipietur, primum usuris, quas tūc deberi constat: deinde si quid superest, sorti acceptum referendum est.

Pomponius de Peculio, l. Si mulier. Item si mulier creditori uiri fundū uendiderit, & tradiderit ea conditione, ut emptor acceptam pecuniam uiro referat.

d 3 Papinianus

Papinianus: Qui potiores. l. Si prior. Vt primam tātum pecuniam expensam ferat.

Titus Liuius ab urbe cōdita: Homines propè cccc. produxisse dicitur, quibus sine scēnore expensas pecunias tulisset.

Labeo de legatis. l. Qui concubinam. Quod acceptū in tabulis suis ex ea hāreditate rettulisset.

Hircius in commen. Pecuniā locupletibus imperabantur, quas Longinus sibi expensas ferri non tantum patiebatur, sed etiam cogebat.

Ibidē: Sanatis uulneribus accersit omnes, qui sibi pecunias expensas tulerant, acceptasq; eas iubet referri: quibus parum uidebatur imposuisse oneris, ampliorem pecuniam imperat.

Ibidem: Sibi quod rapuerāt, acceptum referebant: quod intercederat, aut erat interpolatum, Cassio assignabant.

Liquet ergo quod dixi, Acceptum referre, id esse, quod in rationibus, in tabula uidelicet accepti describebatur, uel solutum esse ab aliquo, uel pro solutione admissum: & id esse ferre expensum, quod in tabula expensi notabatur quē debere stipulata pecunia, uel alia re contracta: & ut notis sæculo nostro uerbis utar: Acceptum referre erat ad introitum quem faceret creditorem: & expensum ferre, erat ad exitum facere debitorem. Quod declarat etiam Asconius Pedianus, cum dicit: Expensum ferre, est scribere te pecuniam dedisse.

Id quoque aduertendum est: Non solum dici pecuniam acceptam referri, aut expensam ferri, uerūctiam & alia quoq; opera,



opera, ut infra.

Cicero in Verrem: Rabonio opus inde acceptum rettulit.

Cælius Ciceroni: Mentio facta est de legione ea, quam expensam tulit Caio Cæsari Pompeius.

Marcel. ad legem Iuliam repetundarum, lege, Lex Iulia: Illud quoq; cauetur, ne expensum feratur opus publicum faciendum, frumentum publice dandum, præbendum, apprehendendum, facta tecta ruenda, antequàm perfecta, probata, præstita legerint.

Iabolenus de suppellectili legata. I. Qui ueste cõmunẽ omnẽ, & res pluriũ generũ suppellectili expẽsum ferre solitus erat.

Plautus sine accepto posuit, quod pauci hæctenus (ut arbitrator) intellexerunt: cum in Asinaria dixit: Ita q; ob asinos relatum precium Sauriæ numerari iussit seruo suo Leonidæ, id est, precium acceptum relatum Sauriæ, quod in ratione accepti Sauriæ adscriptũ erat ob asinos, numerari Leonidæ seruo iussit.

Cicero etiam acceptum similiter omisit, cum in Verrem dixit: Vt si hanc ex fœnore populo pecuniam non rettuleris, reddas societati.

**H**ACTENVS de proprietate, uel de modo dicendi eorũ uerborũ diximus: mox pauca de translatione dicemus. si acceptum referre

Cato Ciceroni: Si tu qua in re nihil fortuito, sed summa tua ratione & continentia Reipub. prouisum est, dijs immortalibus gratulari nos, quàm tibi referri acceptum maioris, gaudeo.

Cicero Attico: Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias: ut si hi salui erunt, quibus cura sum, unã cum

cum

cum his possim incolumis esse, salutemq; meam beniuolentia tua acceptam referre.

Eidem: Ut ita diceret se quod esset senator, quod ciuis, quod liber, quod uiueret, mihi acceptum referre.

Idem pro Cluentio: Voluit eum aliquid acceptum referre liberalitati suae.

Idem pro eodem: Verum omnem tranquillitatem & quietem senectutis refert acceptam clementiae tuae. Plancus Cicero: Quod sperant, quod audet, omne Caesari acceptum referre possunt. T. Liuius ab urbe con. Nec senatui, sed familiae Liciniae acceptum referebant.

Id quoque aduertendum est, ut supra dixi, translationem quoque fieri in uerbo expensum fero, dum aliquid male curatur, ut Scaeuola: Quae in fraudem. l. Pupillus. Creditores suae negligentiae expensum ferre debent.

ALIVS.

**Q**uotienscumque bonos autores leges incurro in unum aliquod ex his, quae iam dudum colligo, eleganter dictis: totiens mihi uehementer gaudeo, ac quasi grandem aliquem, nitidumque unionem inuenerim latitia gestio: mox uarietatem eorum considerans, eam uoluptate mente melius concipio, quam uerbis exprimo, aut in publicum profero: mirarique non desino, cum illorum perfectissimorum uirorum diuinitatem, tum multorum barbariem, ac quasi oculis obductam caliginem, uidere licet uel ex his clausulis quas infra scripsi: Aliud, aliter, contra, secus, iuxta, statim, proxime, par, aequae, idem, simile, magis, pariter, quandoque etiam comparatiuum, & alij huiusmodi (non enim omnes collegisse



collegisse me putem) quàm eleganter post se particulas, ac, atq;, ut, quàm, & quanta uarietate obtineant? Quare uix considerari potest quæ belle, & quæ diuerse, quæue apposite, & proprie iisdem uiri disertissimi illis utantur. Igitur primum de Alio, cum particula ac, coniuncto: mox de reliquis aliqua subiiciamus.

Terentius in Phormione: Aliud mihi respondes, ac rogo.

Varro de re rustica: Armentarius non aliud, ac bubulcus.

Cicero in Verrem: Ne alio mense, ac fas erat, comitia haberentur.

Idem Attico: Quod quidē agere si liceret, alio modo ac nūc agendum esset.

Idem de Oratore: Potest enim non solum aliud mihi, acti-  
bi, sed mihi ipsi aliud aliàs uideri.

Idem pro Marco Cælio: Lux deniq; longe alia est Solis, ac  
lychnorum.

Idem pro Cor. Balbo: Quid ergo hi possunt aliud iudicare,  
ac iudicauerunt?

Idē de arte Rhetorica: Aut si alia ratione, aut aliam ob cau-  
sam, ac dicet se reus fecisse, demonstrabitur esse factum.

Cæsar in commen. Qui longe alia ratione, ac reliqui Galli  
bellum gerunt.

Vatinius Ciceroni: Longe alia conditione ego sum, ac cæteri  
Imperatores.

T. Liuius ab urbe con. Aliã suã, ac transfugarũ causam esse.

¶ DE ALIO, CVM PARTICVLA,

atq;, coniuncto.

Plautus in Pseudulo: Illi sunt alio ingenio, atq; tu.

e Terentius

Terenti<sup>9</sup> in Andria: Aliū nūc cēses esse me, atq; olim cū dabāt.

Idē in Eunuchō: Vereor ne aliorum, atq; ego feci acceperit.

Varro de lingua Latina: Potest enim esse Saturnus hic alia de causa dictus, atq; in Sabinis.

Cicero pro Plāco: Nec erit hæc alia ratio Plāco, atq; Laterēsi.

Idem Attico: Mihi uideris aliud tu honestum, meq; dignū in hac causa iudicare, atq; ego existimem.

Idem pro Murena: Si aliud, atq; existimas.

Idem Lentulo: Non alius essem, atq; nunc sum.

Idem De oratore: Tantum & aliud esse, atq; hoc, & hoc sine illo summum esse posse.

Idem pro Cluentio: Si ipse A. Cluentius sententiam de iudicijs rogaret, aliam non diceret, atq; ij dixerunt, quorū sententijs Cluentium condemnatum esse dicitis.

Idem in Academicis: Cum aliud agnosceret, atq; sentiret.

Idem in Rhetorica: Alio nomine illam rem de qua agitur, appellari oportet, atq; aduersarij dicunt.

Idem pro Aulo Cecinna: Longe alia ratione recuperatores ad agendum hac actione uenio, atq; initio ueneram.

Idem Terentiæ: Nostra factū esse negligentia, ut longe alia in fortuna esset, atq; eius pietas, ac dignitas postulabat.

Cæsar in com. Docet longe alia ratione esse bellum gerendum, atq; antea gestum sit.

Idem ibidem: Longe aliud sibi capiendum consilium, atque antea fenserat.

Idem ibidem: Ac longe aliam esse nauigationē in condufo mari, atq; in apertissimo Oceano perspiciebant.

Salustius in Catilina: Ad hæc quicumque aliarum partium,  
atq;



atq; Senatus erant, conturbari Rempub. quàm minus ualere ipsi malebant.

Cæsar in commentarijs: Alia sunt legati partes, atque Imperatoris.

Hircius in commen. Neq; enim aliud ius esse Cappadocia, atq; Armenia.

Ibidem: Si alia esset littoris Aegyptij natura, atq; omnium reliquorum.

Hæc nō habentur in exemplari Romano.  
APPENDIX. C. Cæsar in Anticatoe prior: Vno em̄ excepto quē aliusmodi, atq; omnis natura finxit, suos quisq; habet charos.

Cælius in primo: Neq; ipsi eos alij modi esse, atq; Hamilcar dixit, ubi aduertendum alij esse patrij casus, quemadmodum & alius, quod non solum masculino, uerumetiam in fœminino genere ostenditur.

Cælius in primo: Antequàm Barcha perierat, alij rei causa in Africam missus.

DE PARTICVLA Similiter, cū ac, atq; ut, cōiuncta.

Cicero De natura deorum: Tu autem quid quæris? similiter facis, ac si me roges.

Idem in Philip. prima: Neq; uero illum similiter, atq; ipse eram, commotum esse uidi.

Idem de officijs: Similiter eos facere, qui inter se contenderent, uter Remp. potius administraret: ut si nauarum inter se certarent, quis eorum potissimum gubernaret.

Paulus de libris &c. l. Filius familias: Miles similiter ut paganus nominatim à patre, aut hæres scribi, aut exheredari debet.

Sicut { ac  
atq; .i. sicut  
ut

¶ DE PARTICVLA Simili, ac dissimili, cum  
atq; & ac, coniuncta.

Plautus in Bacchidibus: Haud cōsimili ingenio, atq; illūc est.

Terentius in prologo Phormionis: Ne simili utamur fortuna, atq; usi sumus.

Cicero pro G. Rabirio: Et similis uiri tu ulcisceris patris mortem, atq; ille persequeretur fratris sui?

Idem de finibus bonorum & malorum: Itaq; & similis erit finis boni, atq; antea fuerat.

Idem de lege Agraria: Hic tamen excipit Pompeium simillime, ut mihi uidetur, atq; in illa lege.

Idem Attico: Aut quiescendum quod non dissimile, atq; ire in Solonium, aut Antium.

Cæsar in com. Hortatur eos, ut simili ratione, atq; ipsi fecerunt suas iniurias persequantur.

T. Liuius ab urbe condita: Hæc sunt Tribuni cōsilia uestra haud hercule dissimilia, ac si quis ægro qui curari se fortiter passus, extemplo conualescere possit.

Ibidem: Similem pauorem inde, fugamq; fore, ac bello Gallico fuerat.

Neratius de acquirendo rerum dominio. I. Quod in litore: Nec dissimilis eorum cōditio est, atq; piscium, & ferarū.

Tripho eodem titulo. I. Si is: Simile est, atq; in hæreditate, & subdit: Nunquid simile sit, atq; cum stipulatur?

¶ DE PARTICVLA Item, cū, atq; & ut, cōiuncta.

Varro de lingua Latina: Analogia nō item ea diffinienda, quæ dirigitur ad naturam uerborū, atq; illa, quæ ad usum loquendi.

Idem

Item, atq;  
ut



Idem de re rustica: Alij ad cursuram, alij ad prædam, non ite sunt spectandi, atq; habendi.

Ibidem: Hosce item ut equulos & educunt, & alunt.

DE COMPARATIVO cū ac, & atq;, coniuncto.

Cicero Attico: Mihi quidē uidet' diutius abfuturus, ac uellē.

Catul. Illi non minus, ac tibi pectore uritur intimo, flāma, sed pœnite magis. Horatius:

Inachia langues minus, ac me. Idem:

His me consolor uicturum suauius, ac si

Quæstor auus pater, atq; meus, patruusq; fuissent.

Plautus in Mercatore: Amicior mihi nullus uiuit, atq; is est.

Terentius in Andria: Non Apollinis magis hoc uerum, atq; hoc est. Horatius:

Arctius atq; hedera procera astringitur Ilex.

DE PARTICVLA Secus, cum, ac, atq;, quām, coniuncta.

Secus ac  
atq; .v. alie qm  
quam

Plautus in captiuis: Ne me secus honore honestes, q̄ ego te.

Cicero De oratore: Me non multo secus facere, cum de oratore disputem: ac facerē, si esset mihi de histrione dicendū.

Idem pro Lucio Murena: Non secus ac si meus esset frater.

Ibidem: Non dixi secus ac sentiebam.

Idem Attico: Velim domum ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant non secus, ac si ipse adesses.

Idem pro Planco: Cuius ego salutem non secus, ac meam tueri debeo.

Idem De oratore: Sed paulo secus à me, atq; illo distributa:

Ibidem: Sed aliquanto secus, atq; in tradēda arte dici solet.

Idem De natura deorum: Quoniam cœpi secus agere, atq;

initio dixeram.

Vergilius: Haud secus, atq; alto in luco. Idem:

Haud secus, ac iussi faciunt.

Labeo de acquirendo rerum dominio. l. Si epistolam: Nō  
secus, atq; in continenti agro.

*Aliter atq; ut  
r. alit' qm*

¶ DE PARTICVLA Aliter, cum ac, atq; ut, cōiuncta.

Plautus in Truculento: Sed longe aliter est amicus, atque  
amator.

Terentius in Adelphis: Nunquàm te aliter atque es, in ani-  
mum induxi meum.

Idem in Heautont. Aliter tuum amorem, atq; est accipis:  
nam & uita est eadē, & animus erga te idem, ac fuit.

Varro de lingua Latina: Aliter atq; in reliquis dicitur.

Idem de re rustica: De emptione aliter dico, atq; fiet.

Ibidem: Aliter quadrigarius, ac desultor.

Ibidem: Nec multo aliter tuendum hoc pecus in pastu, atq;  
ouilum.

Idem de lingua Latina: Hoc nunc aliter fit, atq; olim.

Ibidem: Quædam aliter olim, ac nunc.

Cicero De oratore: Urbana etiam dissimulatio est, cum alia  
dicuntur, ac sentias.

Ibidem: Cum aliter sentias, ac loquare.

Idem pro P. Sylla: Torquatus rursus in me irruit, me accu-  
sat: ait aliter ac dictum est in tabulas publicas rettulisse.

Idem in partitionibus oratorijs: Casu cum aliter cecidit, ac  
speratum & putatum sit.

Idem in Salustium: Neq; enim qui ita uiuit ut tu, aliter ac tu  
loqui potest.

Idem



- Idem De oratore: Aliter dicenda, ac intelligerentur.
- Idem de officijs: Aliter de illis, ac de nobis iudicamus.
- Cæsar in cõmentarijs: Sed ratio, ordóq; agminis aliter se habebat, ac Belgæ ad Neruios detulerant.
- Ibidem: Coactus est aliter, ac superioribus annis exercitum in Hybernis collocare.
- Cicero pro Sexto Roscio Amerino: Aliter causam agi, atq; ille existimaret.
- T. Liuius ab urbe condita: Longe aliter patres, ac plebem affecere.
- Cicero ad pontifices: Proinde quasi isti ut de Gn. Pom, aliter atq; ego existimo sentiant.
- Ibidem: Dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter, ac uos in monumentis habetis, & pronunciarit & fecerit.
- Idem de arte Rhetorica: Aut aliter hoc in sermone, atque in dicendo sit utendum.
- Ibidem: Cum aliter quid accidit, atq; hi qui arguuntur, arbitrati esse dicuntur.
- Idem De oratore: Mouent illa etiam, quæ coniectura explanantur longe aliter atq; sunt.
- Idem pro Tito Annio Milone: Quamobrem iudices ut ad causam, crimenq; aliquando ueniamus: si neq; omnis confessio facti est inusitata: neq; de causa quicquam nostra aliter, ac nos uellemus à Senatu iudicatum est.
- Idem in epistola ad Seruium Sul. Aliter cecidisse rem existimas, atq; opinatus sis.
- Idem de finibus bonorum & malorum: Hic loquebatur aliter, atq; omnes sentiebant.

Idem

Idem Curioni: Sed aliter atq; ostenderam facio.

Idem pro domo sua: Hæc homines improbi ad quosdã uiros fortes longe aliter, atq; à me dicta sunt detulerunt.

Idẽ in Verrem: Quod iste aliter, atq; ut edixerat decreuisset. Paulus de rei uend. l. Pompo. Aliter atq; si certis religionibus possideatis.

Vulpianus de seruitutibus. l. Quotiens. Nihil agitur aliter, atq; si concedas mihi ius tibi non esse in fundo tuo.

Idem quando dies &c. l. Quanq;. Semel cedit dies aliter atq; sicui in menses singulos, uel in dies, uel in annos singulos quid legetur.

Idem de hæredibus instit. l. Circa eos. Celsus lib. xxv. ff. probat aliter, atq; probat in illa institutione.

Cõtra ac atq; qm̄  
 r. aliter qm̄. uel  
 magis oppositũ qz

DE PARTICVLA Contra, cum  
 ac, atq; qz, coniuncta.

Cic. pro Cornelio Balbo: Si deniq; aliquid quod non contra ac liceret factum diceretur, sed contra atq; oporteret.

Idem De oratore: Ut contra ac dicat accipi & sentiri uelit.

Idem in Verrem: Si hæc contra ac dico essent omnia.

Idẽ De finibus bonorũ & malorũ: Itaq; cõtra est ac dicitis.

Idem De diuinatione: Vides tamen omnia ferẽ contra ac dicta sunt euenisse.

Idem in Philippica duodecima: Præsertim cũ cõtra ac Deio rarus sensit uictoria belli iudicauerit.

Salustius in Catilina: Vbi uidet Catilinam contra ac ratus erat contendere.

Cic. pro P. Silla: Iam enim faciã criminibus omnibus penẽ dissolutis contra atq; in cæteris causis fieri solet.

Idem



Idem in Catilinam: Idemq; iusserunt simulacrum Iouis facere maius, & in excelsum collocare, cōtra atq; antea fuerat.

Idem in somnio Scipionis: Qui uersatur retro, contrario motu atq; cælum.

Cæsar in comment. Qui contra atque esset dictum prælium commississent.

Cic. pro A. Cecinna: Miror te hoc in hac re alieno tempore, & contra quàm ista causa postulasset, defendisse.

Idē pro Cluentio: Generi sui cōtra q̄ fas erat, amore captus.

Idem pro domo sua: Aut quid de uestro iure, aut religione contra quàm proposueram disputabo?

Idem de arte Rhetorica: Summa imprudentia est, eum qui contra q̄ scriptum sit, aliquid probare uelit.

Idem in Pisonem: Ut Senatus contra q̄ ipse cēsuisset, ad ueritatem rediret.

Vulpianus de seruitutibus, quod ui, aut clam. l. Prætor ait:

Si quis contra q̄ prohiberetur fecerit.

Idem, quod ui, aut clam. l. Si alius: Ait Iulianus, qui ante nūciationis remissionē cōtra q̄ prohibitus fuerit, opus fecerit.

¶ DE PARTICVLA Proxime, cum atq; coniuñcta. *proxime atq; .i.*

Cic. Dolobellæ: Non possum ego nō aut proxime atq; ille, aut etiam æque laborare.

¶ DE PARTICVLA Statim, & confestim, cum atq; quàm, ut, coniuñcta. *Statim } atq; } statim q̄n. Confestim } quàm } ut }*

Marcellus de fidei commissarijs libertatibus. l. Cum fidei.

Potest confestim ut fuerit alienatus petere.

Vulpianus De ædilitio ædicto. l. Aediles: Iudici eorum statim atq; iudex factus est omnium rerum officium incumbit.

f Martianus

Martianus de officio proconsulis. l. Omnes proconsules: Statim quæ urbem egressi fuerint, habent iurisdictionem.

Paulus ad Senatusconsultum Velleianum. l. Debitrix: Quamuis statim atque intercesserat mulier, competierat.

¶ DE PARTICVLA Aequæ, & perinde, cum ac, atque, ut, quæ, coniuncta. Et primo de Aequæ ac. *v. sicut*

Plautus in Stico: Scis tute facta uelle æque ac tu uelis.

Terentius in Andria: Quis miser æque ac ego?

Cic. Curioni: Cui charus æque sis, ac iucundus, ac fuisti patri.

¶ AEQVAE ATQVE *v. sic ut*

Plautus in Aulular. Pumex non æque aridus, atque hic est senex. Cæsar in commet. Aequa ferè latitudine, atque ille congestus ex materia.

Cic. pro Cluentio: Aequæ posthac, atque illum dictatorium gladium pertimescamus.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Aequæ turpe atque illud, de quo ante dixi.

T. Li. ab urbe condita. Quos territos æque atque hostes timebat.

¶ AEQVE QVAM *v. sic ut*

Plautus in Stico: Ridiculus æque nullus est, quæ dum esurit.

Idem in Aulularia: Nunquam æque patri nuncium lepidum attulit, quam ego nunc meæ heræ nunciabo.

T. Li. ab urbe condita: An est qui dubitet Tribunos plebis ullis iniurijs uestris, æque quæ munere patrum in plebem offesos esse?

¶ AEQVE VT *v. sic ut*

Cic. pro domo sua: Itaque libentissime prædicabo Gnaei Pompeii studio & autoritate æque, ut unumquemque uestrum pro salute mea laborauisse.

Idem



Idem Attico: Et simul quod æque ea quæ sunt, ut ea quæ certe futura sunt, uidere non possum.

Tibullus: Nec tibi sit mea lux æque tam feruida cura,  
 Ut uideo paucos ante fuisse dies.

¶ AEQVE ABSOLVTE.

Terent. in Ecyra: Aequè eadem studeant, uelintq; omnia.

¶ PERINDE ATQVE. *·i· sicut*

T. Li. ab urbe condita: Perinde atq; capta urbe.

¶ PERINDE VT. *·i· sicut*

Cic. pro Cluentio: Nam perinde ut opinio est de cuiuscunq; moribus.

T. Li. ab urbe condita: Nec perinde ut maluisset.

Ibidem: Perinde ut eueniret res.

¶ PERINDE QVASI. *·i· sic quasi*

Cic. pro P. Quintio: Atq; hæc perinde loquor, quasi ipso illo tempore, cum te prætor iussisset ex edicto possidere.

Idem pro T. Annio Milone: Hoc enim sæpe ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille cæcus uiam munierit.

Idem pro Cluentio: Perinde quasi ego non ab initio huius defensionis dixerim.

Idem pro eodem: Perinde quasi exitus rerum, non hominū consilia legibus uindiciuntur.

¶ DE PARTICVLA pari, ac pariter, cū ac, atq; ut, cōiūcta. *pari atq; ut ·i· tali sicut*

Plautus in Menechmis: Ecastor pariter hoc atque alias res soles.

Idē in Aulularia: Pariter morat̄ ut pater, auusq; huius fuit.

Cæsar in commen. Pari spacio transmiffus atq; in Gallia est in Britanniam.

Cicero de natura deorum: Neque enim mihi par ratio cum Lucilio est ac tecum fuit.

T. Liuius ab urbe con. Trucidant foeminas pariter ac uiros.

Idem Liuius ibidem: Nequaquam pari ad patienda ea robore ac Romani fuissent.

Ibidem: Amici pariter ac nunc subiecti, ac obnoxij uobis minus essemus.

*¶ eo atq; .i. idem ferunt* **¶** DE PARTICVLA pro eo, cū atq; coniuñcta: quæ omittere nolui, tamen à recentioribus dicta sunt.

Vulpianus de testamentis. l. Ad testium: Si quis ex testibus nomen suum non adscripserit, ueruntamen signauerit, pro eo est, atq; si adhibitus non esset.

Idem de noui operis nunciatione. l. Prætor: Pro eo habendum est, atq; si nullo iure factum esset.

**¶** DE PARTICVLA in partem, cum atq; coniuñcta. Cæsar in commēt. In partem iuris, atq; ipsi erant receperunt.

*Idē atq; ac .i. eodē modo ferunt.* **¶** DE PARTICVLA idem, cum ac, atq; coniuñcta. Plautus in Mostellaria: Eundem animum oportet mihi esse gratum, ut impetraui, atq; olim prius q̄ id extuli, cum illi sublandiebar.

Varro de lingua Latina: Idem ac diceretur, aut hic lepus, & hic nemos.

Cato de re rustica: Pomarium seminarium ad eundem modum, atq; oleaginum facito.

Ibidem: Densas eodem modo composito, atq; spiram.

T. Liuius de bello Punico: Ipsa re intellecturos nequa q̄ idē esse Siracusas, ac Leontinos oppugnare.

Vulpianus: Sicuti plus q̄ per legem &c. l. Nisi dolus. Non eandem



eādem causam esse decem aureorum: quos annuos tibi testes Pompeiæ Crispinæ patronæ tuæ relictos proponis, atq; fuit alimentorum,

Hircius in commēt. Cum se inferiores eiusdem generis ac saporis aqua dicerent uti, atq; antea consueuerant.

Ibidem: Non oportere illum eodem uti uestitu, atque ipse uteretur.

DE PARTICVLA iuxta, cum ac, atq;, mecū, tecumq; *Juxta ac .i. filii ac atq; .i. pit' sunt*

coniuncta, & quandoq; absolute posita.

Varro libro secundo rerum rusticarum: Fœminas iuxta, ac mares habere solebat. *Juxta mecū .i. pit' mecū Juxta terū .i. pit' terū*

Cicero oratione qua gratias agit post reditum: Officijs iuxta ac si meus frater esset sustentauit.

Salustius in Iugurtino: Præterea transfuersis itineribus, quotidie castra mouere iuxta ac si hostes adessent.

Plautus in Asinaria: Dixi tibi mater, iuxta mecū rem tenes.

Idem in Aulularia: Dixi tibi nunc, iuxta rem mecum tenes.

Salustius in Catilina: Nunc uero quo in loco res sitæ sunt, iuxta mecum omnes intelligitis.

Plautus in Persa: Iuxta tecum, si tu nescis, nescio.

Ibidem: Iuxta tecum æque scio.

Salustius in Iugurtino: Iuxta boni maliq;, strennui & imbelles multi obtruncati sunt. *Juxta. .i. simul*

Ibidem: Neq; loco, neq; mortali cuiq;, aut tempori satis credere: ciues, hostes iuxta metuere.

Ibidem: Hyemem, & æstatem iuxta pati.

Ibidem: Plebi, patribusq; postquam inuidia decesserat, iuxta charus.

T. Liuius ab urbe condita: Absentium bona iuxta, atq; interemptorum diuisa fuerunt.

Ibidem: Trucidant inermes iuxta, atq; armatos.

Idem de bello Punico: Nauales socij iuxta effusi, ac si insulas prædarentur.

Idem ab urbe condita: Iuxta hyeme, atque aestate, bella gerere posse.

Idem de bello Macedonico: Humanum genus uestrum nomen, imperiumque iuxta ac deos immortales, iam pridem intuetur.

¶ ALTER.

Q Vanta est in multis bonarum literarum inscitia? quæ inepte deus bone, & ineleganter nonnulli dum se latine loqui putant, nouitatibus gaudent? Quis nõ dicit unũ, & duo? Primum & secundum? ecquis non dicit Vigessimoprmo die? semel & bis? At uidere licet, uel ex his, quæ subieci, quantum ab illa uera, germanaque Latina lingua defecerint: & quantum loquendi, dicendique mutauerint genus: nam perfectissimo illo sæculo, non unum & duo, sed unum & alterum: non semper primum & secundum, sed frequentius primum & alterum: non uigessimoprmo die, sed altero & uigesimo die: non semel & bis, sed semel & iterum dicebant. Qui uero dixerunt unum aut alterum significare, unum aut duo, uel unum & alterum significare, unũ & duo: uel de duobus unũ alterum semper dici: in eadem erroris nauis uersati sunt. nã unus & alter modus erat proprius loquendi, unus aut duo non proprius: & unus aut alter, & primus & alter de duobus non semper, sed aliquando dicitur



do dicitur. Quandoq; uero alter & alter loco utriusq; dicebatur, ut infra melius uidebitur.

Terentius: Venit unus & item alter.

Cicero Attico: Quid enim est tantum in uno aut altero die?  
Idem pro Aulo Cluentio: Vnus & alter dies intercesserat, cū res parum certa uidebatur. & paulo post: Qui cum unum iam, & alterum diem desyderaretur.

Ibidem: Habetur una & altera concio uehemens & grauis.

Idem in Verrem: Rex primo nihil metuere, nihil suspicari, dies unus & alter: plures, non refertur.

Ibidem: Vnum & alterum mensem, propè annum, denique domi tuæ pyrata aliquo tempore capti sunt.

Ibidem: Tum repente istæ pestes citari iubet, dicit unus & alter breuiter.

Idem Appio Pulchro: Si quem tibi item unum, alterumue diem abstulerit.

Vergilius: Iamq; dies, alterq; dies processit.

Ouidius in Sappho: Et sub ea uersus unus & alter erit.

Catullus: Quam ueniens una atq; altera rursus hyems.

Horatius in sermonibus: Ducendus unus, & comes alter.

Ibidem: Ne si uaser unus & alter.

Idem in epistola: Si uersus paulo concinnior unus & alter.

T. Liuius ab urbe condita: Vno aut altero abrepto.

Ibidem: Bellum in Sicilia iam alterum annum geritur.

Ibidem: Vni, aut alteri militi.

Idem de bello Punico: Vno aut ad summum altero precio.

Idem pro Gn. Planco: Quorum alter exercitum perdidit,  
alter

alter uendidit:emptis prouincijs à Senatu,à Repub. à bonis omnibus defecerant.

Idem pro Lucio Murena:Neq; in uno,aut altero animaduersum est.

Vulpianus de iudicijs. l. Nonnunq̃:Post unum,uel alterū.

Idem de ædilitio edicto. l. Quis sit fugitiuus. Idem ait, nec eum qui ad fugam gradum unum, alterumue promouit, esse fugitiuum.

Idem de noui operis nunciatione. l. Stipulatio:Non si unū uel alterum cementum fuerit positum.

Alphænus de iudicijs. l. Proponebatur. Si unus aut alter. Quo loco multi post illud Ciceronis diuinum sæculum, de prauato dicendi genere ferè semper dicunt primum & secundum. Veteres illi ( ut diximus ) plerunque primum & alterum dicebāt.

Cato de re rustica:Prima est lænis,altera est crispa.

Cicero in Verrem:Alterum,tertium,quartū:permulta erant eiusmodi nomina.

Ibidem:Primo die testiū tāto numero citato, alter dies amicis istius & defensoribus, tertius dies, sic hominem prosterneret.

Idem pro A. Cluentio:Vnum,alterum,tertium annum Saxia quiescebat.

Idem in Tusculanis:Primam posuit eam, de qua modo dixi,quæ orta esset ex præensione rerum futurarum:alterā quam ceperimus ex magnitudine commodorum.

Idem de natura deorum:Vnus is modus est,de quo satis dixi,qui est susceptus ex præensione rerum futurarum,alter

ex



ex perturbatiōibus tempestatū, tertius ex cōmoditate rerū.  
Idem in secunda Philip. Proximo, altero, tertio deniq, reli-  
quis consecutis diebus. Horatius: Mille talenta rotunden-  
tur, totidem altera, porrò tertia succedant.

¶ Videre etiam licet quanta sit uenustas in ijs dicendi mo-  
dis, Alterum tantum, tria tanta, sexcenta tanta, bis tanta.

Plautus in Epidico: Imo etiam si alterū tantū perdundū est.

Idem in Bacchidibus: Alterum tantum auri non meream.

Cicero De oratore: Ut necesse sit partem pedis, aut aequalē  
esse alteri parti, aut altero tantum, aut sexqui esse maiorē.

Calistus de iure fisci. l. Non intelligit: Totum cum altero tā  
to cogitur soluere.

Scauola de alimentis. l. Libertis: Eo amplius alterum tantū  
quantum in singulis in numero præter cibaria, & uestiaria,  
dari uoluit.

T. Liuius ab urbe condita: Alterum tantum ex Latino dele-  
ctu adijciebatur.

Plautus in Trinūmo: Tribus tantis illi minus reddit quàm  
obserueris.

Idem in Bacchidibus: Sexcenta tanta reddam si uiuo tibi.

Idē in Pseudolo: Quasi mihi nō sexcenta tāta soleāt credier.

Idem in Mercatore: Imo bis tanto ualeo quàm ualui prius.

Idem de Amphitriōne: Bis tāto amici sunt inter se q̄ prius.

Varro lib. iij. rerum rust. Ea pars reddiderit eo anno bis tā-  
tum, quàm tuus fundus.

Hircius in cōmentarijs: Accedebat prope alterum tantum.

Ibidem: Peditum ac leuis armaturæ quater tantis.

¶ His subijciam autoritates de modo dicendi, quem præ-  
g posui

posui de altero & uigesimo, & his similibus: quibus deficientem iam prisco illo eloquentiæ candore, T. Li. & eius æquales, ac illis succedentes, unum & uiginti quandoque etiam dixerunt. Sed primum meliora, deinde de fece hauriemus, ut planè quod interest discrimen appareat.

Cicero pro Cornificio: Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornifici<sup>9</sup> altero & uigesimo die (ut dicebat) reddidit.

Idem pro Milone: Vbi particulam alter, postponit, cum superius eam præposuisset: Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij, & opinor altera.

T. Li. ab urbe con. Anno trigesimo altero, quàm condita Roma erat.

Idem tandem mutato aliquantulum dicendi genere, ibidem dixit: Vna & uiginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est.

Et ibidem: Signa unum & triginta capta. paulopost: Vnum & triginta oppida ceperunt.

Idem seruauere elegantissimi illi uiri in aduerbijs, semel, iterum, tertium, ut supra diximus: quo loco ineptissime dicunt, semel, bis, ter: uel semel, secundo, tertio.

Cicero in Bruto: Antistius Piso sæpe dicebat, minus sæpe Pomponius, raro Carbo, semel, aut iterum Philippus.

Idem de diuinatione: Quod semel ille, iterumq; neglexit.

Ibidem: A senatu ludos illos iterum instauratos memoriæ proditum est.

Cicero de natura deorum: Venereum iaciat aliquando, non nunquam etiam iterum, ac tertium.

Vulpianus de receptis arbitris. l. Labeo: Post causam semel, atq;



atque iterum tractatam.

T. Li. ab urbe con. Iulium ter, Virginium iterum apud Ma-  
crum Licinium inuenio.

Ibidem: Iterum ac tertio uenisse tradunt.

Idem de bello Punico: Ter perditæ patriæ substinédum cri-  
men est: semel cum defectionem inisti ab Romanis: ite-  
rum cum pacis cum Annibale fuisti autor: tertium hodie  
cum restituendæ Romanis Capuæ mora, atque impedi-  
mentum tu es.

Ille alter, frequenti in usu apud antiquos reperitur, parum  
tamen hæctenus obseruatum.

Cicero Attico: De illo altero quem scribis tibi uisum esse nõ  
alienum.

Eidem: De illo altero scio equidem uenire nunc nil posse:

Idem De oratore: Quid ille alter? quid petam præsidij?

Ibidem: Nam illud alterum genus quodquod est, tempori-  
bus, locis, reis definiunt.

Salustius in Catilina: Adherbalem, omnesq; qui sub impe-  
rio Micipsæ fuerant, metus inuadit: in duas partes disce-  
dunt: Numidæ plures Adherbalem sequuntur, sed illum  
alterum bello meliores.

Ibidem: In diuisione, quæ pars Numidiæ Mauritaniam at-  
tingit, agro, uiriq; opulentior Iugurtæ traditur: illam alte-  
ram specie, quàm usu potiore, quæ portuosior & ædificijs  
magis exornata erat, Adherbal possedit.

¶ Sed nota non semper dici, unum & alterum, uel primum  
& alterum: sed quandoque dici, alterum & alterum, loco  
utriusq; ut supra diximus.

Cic. de diuinatione: Cum duo quidam Arcades familiares iter unà facerent, & Megaram uenissent: alterum ad cauponem diuertisse, ad hospitem alterum.

Idem de natura deorum: Non uides Solem deum esse, Lunamq; quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant.

Ibidem: Ioues tres numerant, in Arcadia alterū patre Aethere, alterum patre Cælo, tertium Cretensem Saturni filium.

Idem de Tusculanis: Nam duæ sunt ex opinione boni: quarum altera Voluptas, altera Cupiditas.

Idem pro Publico Quintio: Quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt, hæc contra nos ambæ faciunt in hoc tempore, summa gratia, & eloquentia: quarum alteram C. Aquili uereor, alteram metuo.

Horatius: Fraternalis animis quicquid uolet alter & alter.

Cicero pro P. Sylla: Ita charus utrisq; est, atq; iucundus, ut nō alteros demouisse, sed utrosq; constituisse uideatur.

Idem pro Q. Ligario: Ergo hæc duo tempora carent crimine: unum cum est legatus profectus: alterum cum efflagitatus à prouincia præpositus Africæ est: Tertium tempus est, quo post aduentum Vari in Africa restitit.

Idem pro Cluentio: Ille iterum, ille tertio auctionibus factis pecuniam dedit.

Ibidem: Quamobrem alteram partem causæ sic agemus, ut nos doceamus: alteram partem sic, ut oremus.

Idem pro domo sua: Eijciuntur duo, quos uidere improbi nō poterāt: alter per honorem turpissimum, alter per honestissimam calamitatem.

¶ Adeo



## DE ADEO.

**P**Rinceps ille Latinae eloquentiae Cicero, ac caeteri eius aetatis autores, ut reliquis omnibus ita elegantissime particula Adeo, usi sunt: quam praeter caeteris obseruatione praecipua dignam colligendum duxi: Cui ueteres illi coniunctionem Atque, praeposcentes, significare eam aliquando, potius, aliquando etiam, uoluerunt: ut infra aperte ostenditur. Cic. Seruio Sul. Sed aliquid atque adeo multa afferunt de suo. Trebonius Ciceroni: Nihil adolescente tuo, atque adeo nostro amabilius.

*Adeo atq;*  
*Adeo etiam.*

*Atq; adeo, .i. atq; potius.*  
*vel atq; etiam.*

Cicero pro Planco: Insector, posco, atque adeo flagito.  
Idem pro Cluen. Clamore hominum de foro, atque adeo de ciuitate esse sublatum.

Idem pro Roscio: Hoc consilio, atque adeo hac amentia impulsus.  
Idem in Verrem: Atque adeo antequam de incommodis Siciliae dico, pauca mihi uidentur de prouinciae dignitate, uetustate, utilitate dicenda.

Idem in Catilina: Crescit in dies singulos hostium numerus: eorum autem castrorum Imperatorem, ducemque hostium intra moenia atque adeo in senatu uidemus.

In eundem: Qui de huius urbis, atque adeo orbis terrarum exitio cogitant.

Idem Attico: Cum Philotimo loquere, atque adeo Terentiam habebis Idibus.

Idem in Ver. Domo eius emigrat, atque adeo exit, nam iam antea emigrarat.

Idem in eundem: Ex Sicilia discedendum, atque adeo fugiendum esse arbitretur.

**Ibidē:** Quæ si magna, atq; adeo maxima uobis uidentur, q̄  
uarie & copiose dicantur expectare nolite.

**Ibidem:** Cum magno detrimento, atque adeo exitio uecti-  
galium.

**Ibidem:** At quam legem corrigat iudices, atque adeo to-  
tam tollit?

**Ibidem:** Cum hæc essent ita constituta, Verres tot annis, at-  
q; adeo sæculis inuentus est, qui hæc non commutarit.

**Plautus in Casina:** Esurio atq; adeo nunc haud parū sitio.

**Terentius:** Memini atq; adeo longum est expectare.

**Plautus in Amphī.** Imo præter me uenio, atq; adeo tu Ble-  
pharo Iudex sies.

**Idem in Casina:** Dum mihi uolui, huic dixi, atq; adeo dum  
mihi cupio perperam iam dudum herde fabulor.

**Titus Liuius ab urbe condita:** Non petentem, atque adeo  
absentem etiam creatum credidere.

¶ ALLEGARE, Legare, Ablegare.

**A**llegare, legare, ablegare, à multis improprie passim  
dicitur. Non enim uerbi proprietatem attendunt, sed  
uulgarem errorem persequuntur. nam cum autorem ali-  
quem in rem suam adducere, aut citare uolunt, allegare  
illum dicunt: cum allegare sit, quasi in legationem quem  
rogatum pro paruis, priuatisque causis mittere: Legare  
pro publicis, magnisque rebus. Ablegare uero est ferè in  
exilium eijcere, aut à conspectu remouere: ut infra patebit.

¶ ALLEGARE.

**Plau. in Epidico:** Si allegassem aliquem ad hoc negotium.

**Idem in Pseudolo:** Pseudolus tuus allegauit hunc.

Idem

*Allegare*  
*Legare*  
*Ablegare*



**Idem in Casina:** Pater allegauit uillicum, qui posceret sibi istam uxorem. & subdit: Filius autem allegauit armigerum suum.

**Idem in prologo Casinae:** Conseruatam uxorem, conserui duo expetunt: alium senex allegat, alium filius.

**Idem in Amphi.** Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os ocillet probe.

**Idem in Persa:** Imo alium allegauero, qui uendat, qui esse se peregrinum praedicet.

**Terentius in Andria:** Te obsecro, ut non credas à me esse allegatum hunc senem.

**Cicero Catoni:** Extremum, inquit, illud est: ut quasi diffidēs rogationi meae philosophiam ad te allegem.

**Idem M. Marcello:** Si mihi tecum minus esset, quam est: cum tuis omnibus allegarem ad te illos, à quibus intelligis me praecipue diligere.

**Idem pro Sexto Roscio Amerino:** Nam statim Chrisogonus & ipse ad eos accedit, & homines nobiles allegat ijs, qui peterent, ne ad Sillam adirent.

**Idem in Philip.** Cretensis iudex, isque nequissimus, quem admodum ad hunc reus alleget?

**Q. Ci. de petitione Consulatus ad M. Tullium:** Hi rogandi omnes sunt diligenter, & ad eos allegandum est, persuadendumque est ijs nos semper cum optimatibus de Re-pub. sensisse.

**Cicero in Verrem:** Cum sibi omnes ad istum allegationes difficiles, omnes aditus arduos, ac potius interclusos uiderent.

Ibidem

Ibidem: Primo necessarios istius ad eum allegatos esse dicebat.

Ibidem: Petit à me Rabirius, & amicos allegat, facile impetrat.

¶ LEGARE.

Salustius in Iugurtino: Legantur tamen in Africam maiores natu, nobiles amplis honoribus usi.

T. Liuius de bello Macedonico: Consulem legari ad id bellum placuit.

Plautus in Amphitrione: Delegit uiros primorū principes, eos legat Telebois.

Cicero pro P. Sextio: Ne isti quidem, quos legatos nō modo nullo senatusconsulto, sed etiam impugnante senatu, tu te tibi legasti.

Idem ad Atticum: Me legatum iri non arbitrabar.

Idem ad eundem: Meam stultam uerecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas.

Idem in Verrem utrunq; declarat cum dicit: O dij immortales, quanta iste cupiditate, quantis allegationibus illam sibi legationem expugnauit?

Idem Aulo Cecinnae: Cassium sibi legauit, Brutum Galliae praefecit.

In Verrem: Centurupini Andronem Centurupinum legarunt ad Apronium.

¶ ABLEGARE.

Plautus in Casina: Hinc adolescētē peregre ablegauit pater.

Terent. in Ecyra: Aliquò est mihi ablegandus, dum parit Philomena.

Varro de re rust. Pecus à prato ablegādū, & omne iumētū.

Cicero



Cicero Attico: à fratris aduentu me ablegat.

T. Li. ab urbe con. Sub tempus pueros uenatum ablegauit:

Idem de bello Pu. Ablegandum eo, unde ad nos fama accedere non possit.

Ibidem: Deinde ubi ablegatum uelut de industria M. Marcellum uiderunt.

Ibidem: Nisi tota procul Sicilia ablegarentur.

Ibidem: Remotam imperpetuum, & ablegatam ab urbe, & ab Repub. iuuentutem.

Ibidem: Ablegatione iuuentutis ad Veliternum bellum.

Idem de bello Macedo. Orare ut se extra Italiã aliquò ablegarent.

¶ AMPLIUS.

**A**mplius aduerbium est, quandoq; comparatiuũ: Aduerbium tritum est, sed uidere licet q̄b̄ eleganter comparatio antiqui usi sint: in quo obseruandum est, eos quãdoq; ipsum comparatiuum nõ solum Ablatiuo, sed etiam accusatiuo, quandoq; & Nominatiuo sine particula q̄b̄, iuxisse. Quæ & eiusmodi, qui sedulo obseruauerit, & scriptis suis intermiscuerit, paruo negotio elegans euadet.

*Amplig, mer*  
*Amplig, merer*

Idem fecerunt de particulis, Plus, minus, abhinc.

¶ DE PARTICVLA Amplius, Nominatiuo cõiuncta.

Cicero pro Roscio Comedo: Amplius sunt sex menses.

Idem in Ver. Cum enim Siraculis amplius centũ ciues Romani cognoscerent.

Cæsar in comment. Inueniebat ex captiuis Sabini flumen à castris suis non amplius decem milia passuum abesse.

Hircius in comment. Genitiuo cõiunxit, cum dixit: Amplius

h duorum

duorum milium terga uertebant.

T. Liuius de bello Punico: Amplius populi fuerunt centum uiginti.

Ibidem: Amplius sex milia hominum capta.

¶ DE PARTICVLA Amplius, accusatiuo coniuncta.

Cic. in Ver. Qui cum amplius centum ciues Ro. haberet ex conuentu Siracufarum.

Idem ad Atticum: Qui ager, ut dena iugera sint, non amplius hominum quinque milia potest sustinere.

Idem pro Roscio Comedo: Tu hoc nomen triennium amplius in aduersarijs iacere pateris?

Cæsar in comment. Cum ipsi non amplius octingentos equos haberent.

Ibidem: Amplius horas quatuor fortissime pugnauerunt.

Vergilius in Buccolicis:

Tres pateat cæli spatium non amplius ulnas.

Sal. in Catili. Quod amplius annos xxx. Tribunus, atque præfectus, aut legatus fuerat.

T. Liuius ab urbe con. Ceperunt amplius tria milia hominum.

Pompeius Lucio Domitio: Non amplius quatuordecim cohortes Luceriam coëgi.

¶ DE PARTICVLA amplius, & diutius, ablatiui cōiuncta.

Terentius: Sexaginta annos natus es, ut conijcio, & eo amplius.

Cicero pro Roscio Comedo: Hoc nomen triennio amplius in aduersarijs relinquebas.

Idem pro Lucio Flac. Laodiceæ uiginti podo paulo amplius.

Idem pro Caio Quintio: Annum, & eo diutius post mortem Caij



tem Caſij Quintij.

Caſar in com. Quæ caſtra ut fumo, atq; ignib<sup>9</sup> ſignificabat  
amplius paſſuum milibus octo in latitudinem patebat.

Ibidem: Milibus amplius quingentis in longum patet.

Cælius Ciceroni: Amplius quadraginta diebus manſit.

T. Liuius ab urbe con. Pugnatū amplius duabus horis eſt:

Idem de bello Punico: Victi amplius ducentis cecidere.

¶ DE PARTICVLA plus, ablatiuo, accuſatiuo, & no-  
minatiuo iuncta, & primum de ablatiuo.

Terentius in Ecyra: Dies triginta, aut plus eo in naui fui:

Cic. pro Publio Quintio: Ac tecū plus anno uixit in Gallia.

Idem pro Planco: Non poſſum dicere eum præſuiſſe, ne-  
que poſſum negare eum abſuiſſe: ſed nō plus duobus, aut  
tribus menſibus.

Titus Liuius de bello Punico: Ab utraq; parte ſexcētis plus  
peditibus, & dimidium eius equitum cecidit.

Ibidem: Fama tenuit haud plus fuiſſe modio.

Ibidem: Non plus uno Romanorum amiſiſſe.

¶ DE PLUS, iuncta Accuſatiuo.

Cato in re ruſtica: Ne plus quatuor digitos tranſuerſos  
emineant.

Cælius Ciceroni: Hic multum ac diu ludetur: atq; ita diu, ut  
plus biennium in his tricis moretur.

Vitruuius: Ita à pariete diſtent, ut ne plus pateat palmum.

Idem: Diſponantur inter ſe, ne plus ſpaciū habentes pe-  
des binos.

Idem: Dum ne plus inter duos nodos alligationibus bi-  
nos pedes diſtent.

T. Li. de bello Macedo. Aberat acies eorū paulo plus quin-  
gentos passus.

DE PLUS, iuncta Nominatiuo.

T. Li. de bello Macedo. Plus quinquaginta hominum ceci-  
derunt.

Ibidem: Paulo plus trecenta uehicula missa.

Idem de bello Punico: Hominū eo die caesa plus duo milia.

Ibidem: Plus tamen duo milia hostium eo die caesa.

Ibidem: Plus decem milia capta.

¶ DE PARTICVLA Minus, nominatiuo, accusatiuo, &  
ablatiuo coniuncta, & primum de nominatiuo.

Cicero in Verrē: Iussit ut quæ statuæ C. Verres ipsius & pa-  
tris, & filij essent, eas quæstores demoliēdas locarēt: dumq;  
ea demolitio fieret, senatores triginta nō minus adessent.

T. Liuius de bello Punico: Minus duo milia hominum ef-  
fugerunt.

Ibidem: Haud multo minus, q̄ mille capta.

Idem: Hispani paulo minus mille homines pacti transtule-  
runt signa.

¶ DE ACCVSATIVO.

Ibidem: Nunq̄ nix minus quatuor pedes alta iacuit.

Vitruuius: Aluei autem latitudo inter parietem & pluteum  
non minus sit pedes senos.

¶ DE ABLATIVO.

Cicero pro Lucio Flacco: Ante pedes prætoris in foro expen-  
sum esse auri pondo centum paulo minus.

Cicero in com. Minus horis tribus milium pedum xv. in cir-  
cuitu munitionem perfecerunt.

Ibidem



Ibidem: À milibus passuū minus duobus castra posuerunt.

Vitruuius: Cum non minus tribus corijs fuerit deformatū.

☉ OBSERVATVM item est in aduerbio abhinc, quādoq; ablatiuo, quandoq; accusatiuo iungi.

*Abhinc trienniu. v. fuit iam tres anni q.*

Terent. in Andria: Abhinc triennium ex Andria commigravit huic uicinia.

Cicero pro Cor. Galbo: Etenim si Gn. Pompeius abhinc annos quingentos fuisset.

Idem in Ver. Horum pater abhinc duos & uiginti annos mortuus est.

Ibidē: Quæstor C. Papirio consule fuisti abhinc annos quatuordecim.

Idē in Philippi. Etenim si abhinc annos propè xx. hoc ipso in templo negauisse mortem immaturam esse consulari, quanto uerius nunc negabo seni?

Idem de diuina. Demosthenes quidem, qui abhinc annos propè quadringentos fuit, Horatius:

Scriptor abhinc annos centum, qui decidit.

☉ DE ABLATIVO.

Cicero pro Roscio Comedo: Criminatio tua, quæ est Roscium cum Flauio pro societate decidisse, quo tempore? abhinc annis quindecim.

Idem Attico pro Corni. Me abhinc annis amplius xxv. spondisse dicit Flauius Alphænus de iudicijs l. Proponebatur: Qui abhinc centum annis fuisset.

Hic quoq; loquendi modus non est prætereundus, quo Hætas illa aurea Ciceronis utebatur. Cum enim aliquis uulnerabatur, accepisse eū uulnera, Romano dicendi more

h 3 dicebant

dicebāt. Notādi sūt etiā & alij modi loquēdi, ab hoc uerbo accipio profecti: ut accipere dadē, accipere iniuriā, accipere detrimentū, accipere conditionē, accipere hospitio, accipere plagam: Male acceptus, bene acceptus, & huiusmodi.

Cicero in Philippica: Ipseq; Caius Pansa consul, Imp. cum inter media hostium tela uerfaretur, uulnera acceperit.

Idē pro Milone: Primū illud uulnus accepit, quo teterrimā mortē obiret. Idē in Catilina: Ille tū graue uulnus accepit.

Idem in Verrem: Si illum locum aperuimus suspicioni, aut crimini accipiendū esse statim uulnus. Idem Bruto:

Pansa fugerat uulneribus acceptis, quæ ferre non potuit.

Idem Seruio Sulpitio: Nūc autē accepto hoc tam graui uulnere etiam illa quæ consenuisse uidebantur, recrudescunt.

Idem Quinto fratri: Cum Sextius multis in templo Castoris uulneribus acceptis, subsidio bestiaē seruatus esset.

Cæsar in cōmen. Cum circumuentus multis uulneribus acceptis cecidisset. Ibidem: Quorum alter accepto uulnere occupatus per suos, pro occiso sublatus est. Vergilius:

Vulneraq; illa gerens, quæ circum plurima muros.

Accepit patrios.

Idem:

Sed neq; uim plumis ulla, nec uulnera tergo

Accipiunt.

Oui. de Fastis:

Diffugiunt hostes, inhonestaq; uulnera tergo

Accipiunt.

Ser. Sul. Ciceroni: Nunciauit M. Marcellum collegā nostrū post cœnæ tēpus à Publico Magio Chilone familiari eius pugione percussum esse, & duo uulnera accepisse: unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem.

Cicero



Cicero pro Publio Sextio: Tribunum plebis uiginti uulneribus acceptis iacentem, moribundumq; uidisti.

Idē pro P. Sylla: Accepit P. Sylla iudices uulnus uehemēs & mortiferū. Idem pro Gn. Planco: Cū perseuerantiā sentētiæ suæ, nō salutē Reip. retinuisset: tamē ob illā, qua illud uolūtariū uulnus accepit, iustissimos omniū Metellorū cōstantia, & clarissimos triumphos gloriæ laude superauit.

T. Liuius ab urbe con. Vulnere accepto ægre à circūstātibus ereptus est. Ibidem: Multa uulnera accepta.

Idem de bello Punico: Sub caudis qua maxime mollis cutis uulnera accipiunt.

Ibidem: Cum multa Romani milites acciperent uulnera.

Idem ab ab urbe condita: Plures uulnera accipiunt.

Ibidem: Plura accipiunt quàm inferunt uulnera.

Vul. de senatuscon. Syllaniano. l. Cū aliter: Aut alia uulnera isti acceperūt. ¶ ACCIPERE plagam.

Var. de re rust. Si qua in tōsura plagam accepit, eum locum alligat pice liquida.

Cicero Attico: Atq; ille locus inductus est à me diuinitus, ne una plaga accepta P. C. conciderent. Idē Tironi: Maxima plagā accepit, quod is qui sūmā autoritatē in illius exercitu habebat, Titus Labien<sup>9</sup> eius socius sceleris esse noluit.

Eidem: Nihil uideo quod sperādum putem, iure præfertim, cum ea plaga in Asia sit accepta.

Idem de Fato: Eam plagam potius accipiam, q̄p̄ fato omnia fieri comprobem.

Idem in Verrem: Tu inquam tantam plagam tacitus accipere potuisses.

¶ Accipere

ACCIPERE <sup>pati</sup> cladem.

T. Liuius ab urbe con. Post acceptā proxime pugnae cladē.  
Ibidem: Ex insidijs propè magna accepta clade.

ACCIPERE <sup>pati</sup> iniuriam.

Cicero in Verrem: Nulla priuatim accepta iniuria.

Idem Quinto fratri: Qui accepta iniuria illa spectacula quaerebat.

Cæsar in comment. Ne quam noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent.

Plau. in Mercato. Ad cœnam uocat, uenio, decumbo acceptus hilare, atq; ampliter.

Idem in Cistellaria: Ita lepide, nitidèq; in prandio accepisti apud te, ut semper meminerim. & subdit: Ita hodie hic acceptæ sumus suauibus modis.

Varro de lingua Latina: Ita in prandio nos lepide, nitidèq; accepisti.

Idè de re rustica: Et me absente patrono hospitio accipiebatur.

Ibidem: His omnibus ita acceptis, uel compositis, præcipua cura domini requiritur.

Cicero De oratore: Ego uero atq; hilare acceptus inquit.

Plautus in Amphitrione: Adueniētem hic me hospitio pugnae accepturus est.

Ibidem: Familiaris accipere faxo haud familiariter.

Vergilius: Accipit hospitio.

Cicero in somnio Scipionis: Post autem regio apparatu accepti sermonem in multam noctem produximus.

MALE acceptus.

Cicero in Verrem: Epicrates homines multis uerbis male acceptos



acceptos dimisit.

Ibidem: Male accipit uerbis Rabonium.

Lentulus Ciceroni: Exclusus enim Antiochia Dolobella, & in oppugnādo male acceptus, nulla alia confisus urbe, Lao diceam, quæ est in Syria ad mare se contulit.

Hircius in comment. Itaq; aduersarij male accepti, tum de- mum præsidia contulerunt.

Brutus Ciceroni: Recurri ad meas copiolas (sic enim eas ue- re appellare possum) sunt enim extenuatissima, & inopia omnium rerum pessime acceptæ.

¶ ACCIPERE <sup>assumere</sup> conditionem.

Cæsar in cōmentarijs: Respondit nō esse cōsuetudinem po- puli Romani accipere ab hoste armato conditionem.

¶ ACCIPERE <sup>pate</sup> detrimentum.

Ibidem: Quod detrimentum culpa & temeritate legati sit acceptum.

Cicero pro lege Manilia: Nam in cæteris rebus cum uenit ca- lamitas, tum detrimentum accipitur.

Ibidem: Neq; eos quicquàm aliud assequi classium nomi- ne, nisi ut detrimentis accipiendis maiore affici turpitudi- ne uideremur.

¶ ACCIPERE <sup>pate</sup> dolorem.

Cicero pro domo sua: Accepi Pontifices magnū, atq; incre- dibilem dolorem.

¶ ACCIPERE beneficium.

Cicero de prouincijs consularibus: Sed non is solum gratus esse debet, qui accipit beneficium: uerumetiam is, cui pote- stas accipiendi fuit.

¶ Assignare

ASSIGNARE, Tribuere, Attribuere, Adscribere.

**P**leriq; post Ciceronem autores uerbum Imputo dixerunt nouo, & cōmentitio uerbo. Antiquiores uero doctissimi, & clarissimi uiri, quos nunquàm satis laudare possumus, non imputo, sed assigno, adscribo, tribuo, attribuo dicebant: ut infra patebit.

ASSIGNARE. *v. imputare.*

Cicero Aulo Cecinnæ: De quo quicquid detrahas, necesse est, aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur.

Idem pro Tito Annio Milone: Nec postulaturi, ut si mors P. Clodij salus uestra fuerit: idcirco eā uirtuti Milonis potius q̄ P. R. felicitati assignetis.

Idem ad Quintum fratrem: Improbati, & sceleri meo, potius q̄ imprudentiæ, misericordiæq; assignes.

Idem Attico: Si perturbatior est, tibi assignato.

Eidem: Quoquomodo uero se res habeat, nihil assignabis, nec patriæ, nec patri.

Idem in opere quod inscribitur Brutus: Hæc si minus apta uidentur huic sermoni Brute, Attico assigna.

Idē pro Caio Rabirio Posthumo: Nec uero id huiusmodi quisq; sed tempori assignandum putauit.

T. Liuius de bello Macedo. Flens petijt ne unius amentia ciuitati assignaret.

TRIBVERE. *v. imputare*

Idem in Bruto: Peto à te, ut id non modo negligentia meæ, sed ne



sed ne occupationi quidem tribuas.

¶ ATTRIBVERE *i. imputare.*

Idem De oratore: Hoc si tu cupidius factum existimas, Cæsari attribues.

Idem de natura deorum: At nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem adscribimus, attribuimus sine ulla ratione dijs immortalibus.

Idem in Verrem: Quis istuc Apronio attribuebat?

Idem: Omnes id Verri tunc attribuebant.

Ibidem: Dicerem hoc totum mihi esse attribuendum iudices, si illi unquam à me hoc postulassent.

Ibidem: Ut alius causam calamitatis attribueret.

Ibidem: Dico aut omnes extra culpam fuisse: aut si uni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse.

¶ QUAM.

Quam elegans est, & plenus Romani cædoris hic quoque dicendi modus, quem pauci obseruare studuerunt. nam quis est nostrorum, qui non dicat: Nouem annis postquam huc ueni, nouem annis antequam Romam essem ingressus? Qui modus loquendi, & si Latinus dici potest, elegans tamen, & eruditi illius sæculi dici non potest, quo sæculo ita dicebant: *Qm.*  
Post nouem annos quam huc ueni: Ante nouem annos quam Romam essem ingressus. Et cum dicebant: Nouem annis ante, uel nouem annis post, raro subiungebant quam, sed postponiebant, ut infra colligetur.

Cato de re rustica: Postridie, aut post diem tertium, quam lecta erit.

i 2 Ibidem

Ibidem: Post annum tertium quàm seueris incendito.

Cicero Attico: Quatuordecim annis post, prator est factus  
Tuditanus, quàm consul Munnius.

Idem De oratore lib. ij. Postero igitur die, quàm illa erant acta.

Idem cōtra Rullum: Cū multis annis post petijissent, quàm  
pratores fuissent.

Cicero filius Tyroni: Aliquando uenerunt post diem qua-  
dragesimum & sextum, quàm à nobis discesserant.

Cæsar in comment. Post diem quartum, quàm est in Bri-  
tanniam uentum.

Catullus: Smyrna mei Cinnæ nonam post deniq; messem,  
Quàm cœpta est, nonamq; adita post hyemem.

Hircius in com. Post diem tertium, quàm Africam attigit.

Asconius Pedianus: Post nouē deinde annos, quàm sublata erāt.

Idem: Post diem tertium, quàm Cato est absolutus.

Idem: Post diem autem quartū, quàm postulatus erat Scaurus.

Idem: Post diem trigessimū ferè, quàm erat Clodius occisus.

Idem: Ante sexdecim annos, quàm hæc dicta sunt.

Idem: Post pauculos statim dies, quàm inierat Tribunatum.

Idem: Post septimum annum, quàm Carthaginensibus bel-  
lo secundo data est pax.

Idem: Hæc oratio dicta est L. Cæsare, & Figulo consulibus  
post annum, quàm pro Cornelio dixerat.

Idem: Ante annum, quàm hæc dicerentur acta est.

Paulus de Nautico scœnore. l. Fœenerator: Si nauis postea pe-  
rierit, quàm dies præfinitus periculo exactus fuerit.

Vulpianus de manumissio. l. Qui duos: Post annum quàm  
moriar liber esto. & subdit: Post annum, quàm hoc testa-  
mentū



mentum factum fuerit.

Papinianus de peculio castrensi. l. Pater: Quod si filius post annum, quàm militare desierit, iure communi testamento facto, uita decesserit.

Martianus de muneribus. l. Reus: Post annum, quàm reus delatus est.

Scæuola de legatis in uxorem: Post annos complures, quàm facit testamentum.

T. Liuius uero, labente iam in deterius Latino illo candore, absolute absq; aliqua particula post, utitur, ut ab urbe condita: Septimo die, quàm profectus erat in castra redit.

Ibidem: Lilibeum tertio die, quàm profectus inde erat, redijt.

Ibidem: Tertiodecimo die, quàm profectus erat inde, Lilibeum reuectus.

Idem de bello Punico: Octauo mense, quàm ceptum oppugnari captum Saguntum.

Idem ab urbe cond. Die xx. quàm creatus erat dictatura se abdicauit.

Ibidem: Quadringentesimo anno, quàm urbs Romana condita erat, quinto trigesimo quàm à Gallis recepta.

Idem de bello Macedonico: Altera die, quàm à Brundusio soluit.

Ibidem: Die tertio, quàm petierant.

Ibidem: Anno trigesimo altero, quàm condita Roma erat.

¶ AMĀBO.

**A** Mābo, quæ interiectio amantis est, Poëtæ illius singularis sæculi quandoq; cum pronomine, interdum absolute, quandoq; non ad unum, sed etiam ad plures: oratores uero, & qui solutam scripserunt orationem, longe aliter

i 3      uli sunt

- usi sunt: ut Ama me, amabo te, frequenter dicerent.  
 Plautus in Menechmis: Amabo mi Menechme.  
 Idem in Perfa: Dic amabo.  
 Idem in Rudente: Quo amabo ibimus?  
 Ibidem: Ite inquam domum amabo.  
 Idem in Truculento: Properate, afferte mensam amabo.  
 Idem in Mercatore: Amabo ecastor mi senex eloquere.  
 Idem in Menechmis: Pallam illam amabo, quam tibi du-  
 dum dedi, mihi eam redde.  
 Idem in Sticho: Qui amabo pater?  
 Catullus: Amabo mea dulcis Isiphilla.  
 Cicero Cassio: Et amabo te, cum dabis posthac aliquid do-  
 mum literarum, mei memineris.  
 Idem Attico: Nostra autem negotia, quoniam Romæ com-  
 moraris, amabo te explica.  
 Eidem: Amabo te, incumbere in eam rem, & ad me scribe.  
 Eidem: Ama me, non libenter uidi: sed modo succenset, mo-  
 do gratias agit.  
 Eidem: Expecta amabo te.  
 Idem Quinto fratri: Amabo te mi frater, nisi uno meo fato  
 & tu, & omnes mei corruistis.  
 Idem Attico: Sed amabo te, nihil incommodo ualeitudi-  
 nis feceris.  
 Eidem: Maecte, sed amabo te, perfice mihi totum negotiū.  
 Idem Curioni: Sed amabo te, cura & cogita nihil noui: sed  
 illud idem, quod initio scripsi.  
 Idem Quinto fratri: Amabo te, aduola, consolabor te.  
 Idem Attico: Cura, amabo te, Ciceronem nostrum.

Calius



Cælius Ciceroni: Amabo te, si quid quod opus fuerit Appio facies, ponito me in gratiam.

Ibidem: Amabo te, impera tibi, hoc curare soles libenter.

¶ ABDO.

**N**emo est ferè, qui ignoret Abdere quid significet: mo- *Abdere se, sich verstecken.*  
dū tamen loquendi, quo eo uerbo doctissimi illi Romana lingua usi sunt, quotus quisq; est, qui norit? Aliqua uero, quæ sparsa multis in locis apud eos fluūt; sub oculos subijcere studui, ut sint legentibus præsto ad imitandum.

Terentius in Ecyra: Rus abdidit sese.

Cicero Curio. Abdo me in bibliothecam, itaq; opera efficio tanta, quanta fortasse tu senties.

Idem Planco: Abdidit se in intimam Macedoniam, quo potuit longissime à castris.

Idem in Pisonem: Domum se abdidit, inde nocte intempe-  
sta crepidatus, ueste seruili nauem conscendit.

Idem pro Milone: Cum se ille fugiens, in scalarum tenebras abdidisset.

Idem Attico: In Aegyptum nos abdemus.

Ibidem: Vtar tuo consilio, neque me Arpinum hoc tempore abdam.

Dolobella Ciceroni: Si se ille abdidit in dassem.

Cæsar in commentarijs: Aut se in Menappios abderet.

Ibidem: Reliqui sese fugæ mādarent, atque in proximas syl-  
uas abdidit.

Idem: Finibus suis excefferant, suáq; omnia exportauerant, se-  
cūq; in solitudinem, ac syluas abdidit.

¶ Vergilius tamen, cū iam ætas illa aurea, quā suspicere nō  
desino

desino, propè obsoleceret, ablatiuo usus est, cum in Geor-  
gicis dixit:

Abde domo, nec turpi ignosce senectæ. Et æqualis eius  
T. Liuius ab urbe condita: Se in suis, inquit, quisque tectis  
abdiderunt.

Ibidem: Consules in priuato abditi.

¶ ASPIRARE.

Q Vam parum notum est, & in usu positum occultio-  
re significato uerbum Aspiro: quàm elegāter, q̄ ap-  
posite diuini illi Latinitatis parentes eo usi sunt: quorum  
aliqua loca his subieci: ex quibus liquido nihil aliud aspira  
re intelligimus, q̄ accedere, peruenire, assequi, attingere.

Varro in libro rerum rusticarū: Ad quæ granaria nulla au-  
ra humida è propinquis locis aspiret.

Cicero Trebatio: Subin uideo, inquit, tibi ultro te esse accer-  
situm ab eo, ad quem ceteri non propter eius superbiã, sed  
propter occupationem aspirare non possunt.

Idem in oratore: Ad eam laudem, quam uolumus, aspirare  
non possunt.

In eodẽ: Ex bellica laude aspirare ad Africanū nemo potest.

Idem Attico: Vectium in rostra produxit: eumq; eo loco cõ-  
stituit, quo Bibulo consuli aspirare non liceret.

Idem in Verrem: Quo classes sæpe conatæ, nunquàm aspi-  
rare potuerunt.

Idem in Tuscu. Hæc etiam in equuleum conijciuntur, quo  
uita non aspirat beata.

Ibidem: Metrodorus occupauit, inquit, te fortuna, atq; cepit:  
omēs q; aditus tuos interdusi, ut ad me aspirare nõ posses.

¶ Affectus

Aspirare.



¶ AFFECTVS.

Affectus plerunq; longe aliud significat, q̄ quod passim inuenitur: Affectus iniuria, Affectus contumelia, Affectus molestia. Sed interiore, ac reconditiore significato, id est, quod uitiatum, infirmum, ægrotum.

*Beh affect-*

Cicero de oratore: Affectus, inquit, senectute.

Idem Attico: Quē quidē Neapoli affectum grauius uiderā.

Idem in Verrem: Nemo Agrigenti, neq; ætate tam affecta, neq; uiribus tam infirmis fuit.

Propertius: Iuppiter affectæ tandem miserere puellæ.

Cornelius Celsus: Vbi lien affectus est, intumescit.

Ibidem: At renes ubi affecti sunt, diu male habent.

Cæsar in cōmētarijs: Qui sunt affecti grauioribus morbis.

Ibidem: Neq; affectum ualitudine filium exponere in terram patitur.

Ibidem: In corpore affecto.

T. Lilius ab urbe con. Color imperatoris, quē affectum uisuros crediderant.

Ibidem: Corpora affecta tabo.

Ibidem: Vires corporis affectæ.

Ibidem: Affecti plerique principum.

Ibidem: Exercitū affectū prælio, ac uia nocturna excepere.

Ibidem: Affectæ uehienti bello Reipublicæ remedio fuit.

Papinianus ad legem falcidiam. l. In ratione: Qui moriente domino, ea ualitudine affecti fuerant, ut eos non posse uiuere certum esset.

¶ Sed & eius uerbi est alius quidam secretior sensus, quo meo iudicio inchoare significet: ut

k Cicero

Cicero de prouincijs consularibus: Bellum affectum uideamus, & uere (ut dicam) penè confectum: sed ita, ut si idem extrema prosequitur, qui inchoauit, iam omnia perfecta uideamus.

Et in eodem: Nam ipse Cæsar quidem cur in prouincia commorari uelit: nisi ut ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta Reipublicæ tradat?

¶ ADVERSARIA.

Peræpreciū est nō ignorare Aduersaria quæ sint, quo nomine antiqui illi multo aliter, ac uulgato sensu uterentur. Erant enim Aduersaria, quantū colligere potui, libelli ratiocinatorum: in quibus primum rationes accepti, & expensi, negligēter & sine ordine scribebantur, mox in codicem diligentissime præscriptæ referebantur. In qua re aduertendus est hic quoq; elegans dicendi modus: Nam referre in codicem, & in tabulas dicebant, uel nomina, uel pecunias, aut res alias, cum per ordinem, ut dixi, describebant. Secus cum in aduersarijs aliqua notabant, sine ordine, & in confuso, & negligenter id faciebant.

Cicero in fragmento orationis pro Roscio Comedo: Non habere se hoc nomen in codice accepti, & expensi, relatum confitetur: sed in Aduersarijs patere contendit: Vsq; eo ne te diligis, & magnifice circumspicis, ut pecunia non ex tuis tabulis, sed aduersarijs petas? Suum codicem testis loco recitare arrogantia est: suarum præscriptionum, & liturarum aduersaria proferre non amentia est. Quod si eadem uim, diligentiam, autoritatemq; habent aduersaria, q̄ tabulæ: quid attinet codicem instituere, conscribere, ordinem conseruare

Referre in  
codicem.  
Referre in  
tabulas.



seruare, memoriae tradere literarum uetustatem? Sed si quod aduersarijs nihil credimus, idcirco codicem scribere instituimus: quod etiam apud omnes leue & infirmum est, id apud iudicem graue & sanctum esse ducetur? Quid est ergo quod negligenter scribimus aduersaria? quid est quod diligenter conficimus tabulas? qua de causa? Quia haec sunt menstrua, illae sunt aeternae: haec delentur statim, illae seruantur sanctae: haec parui temporis memoriam, illae perpetuae existimationis fidem & religionem amplectuntur: haec deiecta, illae sunt in ordinem confectae: Atque ita Aduersaria in iudicium protulit nemo, codicem protulit, tabulas recitauit: Tu C. Piso tali fide, uirtute, grauitate, auctoritate ornatus, ex aduersarijs pecuniam petere non auderes. & subdit: Quaero quampridem hoc nomen Fannij in aduersaria rettulisti? & subdit: Cur tam diu iacet hoc nomen in aduersarijs? & subdit: Tu hoc nomen triennium amplius in aduersarijs iacere pateris?

¶ AMO.

**A**Mo te multum, Valde te amo. Modus hic loquendi magnam affert Latinitati gratiam: est enim candori illi Romano proprius, nec fuco aliquo inquinatus.

Cicero ad Atticum de municipijs: Quod mihi polliceris, ualde te amo.

Ad eundem: Te multum amamus, quod ea abs te diligenter, paruóq; curata sunt.

Ibidem: Multum te amo, quod respondisti M. Octauio.

Terentius: Ecquid nos amas de fidicina hac?

Cicero Attico de Raudufculo Numeriano: Multū te amo.

¶ ACQUIESCERE.

**E**T illud notaui, quod ab ijs, quos dixi, perfectissimis auctoribus usurpatum est. Non enim (ut uulgus putat) Acquiescere consentire est: sed significat cū quadam animi uoluptate, quietēq; consistere in re aliqua, in qua prius in dubio, aut sollicitudine animus fuisset: sicut Cicero, & alij, quos subieci, dare ostendunt.

Cicero in epistola ad Sulpitium: His uero temporibus habemus aliud nihil, in quo acquiescamus. & subdit:

Seruius quidem tuus in omnibus ingenuis artibus, imprimisque hac, in qua me ego scripsi acquiescere, ita uersatur, ut excellat.

Ad eundem: Ut eius in bonis acquiescam.

Et iterum: Literis tuis lectis aliquantulum acquieui.

Idem Attico: Acquiesco enim scribens ad te, & legens tua.

Eidem: Interim uelim mihi ignoscas, quod ad te scribo tam multa totiens: acquiesco enim, & tuas uolo elicere literas.

Eidem: Sed intererat enim ubi acquiescerem.

Idem de amicitia: Vicissim autem senes in adolescentiū charitate acquiescimus.

Idem de diuinatione: Qui iam ætate prouecti, in nostris libris acquiescunt.

Idem M. Varroni: Artes nostræ nescio quomodo nunc uberioribus fructus ferre uidentur, q̄ olim ferebāt: siue quia nulla nunc in re alia acquiescimus, siue quia grauitas morbi facit, ut medicinæ egeamus.

Idem pro rege Deiotaro: In tuo ore, uultūq; acquiesco.

Adeffe



**A**Desse nihil aliud profecto est, q̄ præsentem esse. Architecti tamen illi Latinitatis nobiles, quandoque coràm, uel præsentem, quandoq; utrunq; ei uerbo addebant, quo firmitus opus exurgeret.

Plautus in Mostellaria: Adsum præsens præsenti tibi.

Terentius: Ac non quia ades præsens dico.

Cicero pro domo sua: Adest præsens uir singulari uirtute.

Idem in Anto. Coràm aderit præsens tibi ipse, & ille quem insimulas pugio respondebit.

Idem de officijs: Ad id quod adest, quodq; præsens est, paulatim se accommodat.

Idem in Verrem: Adsumt homines ex tota prouincia nobilissimi, qui præsentes uos orant, atq; obsecrant iudices.

Idem Cassio: Fit enim nescio quomodo, ut quasi coràm adesse uideare cum scribo.

Vergilius: Coràm quem quaeritis adsum Troius Aeneas.

**N**omine Apposito, & aduerbio Apposite, usi sunt auctorum probatissimi: quiq; praesertim pater, & eloquentiae decus Cicero: quod perinde est, ac si dicamus: Aptum, accommodatum: apte, accommodate.

Varro de re rustica: Galli appositi, sed maxime ad iumenta.

Ibidem: Maxime ad id pecus appositum.

Ibidem: Est enim quod eum inquinat locum appositum ad agriculturam.

Cicero Attico: Sed iam extrudimur non à Planco, ne is quidem retinet: uerum ab ipso loco minime apposito, ad tolerandum in tanto luctu calamitatem.

Idem in Verrem: Menses mihi tres cū eripuissetis ad agendum

dum maxime appositos.

Ibidem: Qui ita natus est, ita educatus, ita factus, & animo, & corpore: ut multo appositior ad deferenda, quàm ad auferenda signa esse uideatur.

Ibidem: Homo bene appositus ad istius auaritiam.

Idem de arte Rhetorica: Dicere apposite ad persuasionem.

*Ankleuer*

**A**dhaerescere, tritum ubiq; & uerbum, & significatū: sed non omnibus eius (ut dicunt) regimen notum: Accusatiuo enim præcedente præpositione quàm, Datiuo frequentius iungitur: Quæ res eo mirabilior est, quo uerbum id cum præpositione Ad, quæ accusatiuum requirit, componitur. Quod item fit per sæpe in uerbis, aggredior, adiungo, adeo, aplico, aspicio, adrepo, & similibus.

¶ ADHAERESCERE.

Plautus in Penulo: Ne ad fundas uiscus adhaeresceret.

Cicero pro Publico Sextio: Ad columnam adhaerescere.

Idem de finibus bonorum & malorum: Ut homines ad eorum saxa discendi cupiditate adhaerescerent

Idem in Academicis quæstionibus: Quasi tempestate delati, ad eam tanquàm ad saxum adhaerescunt.

Idem ad Pont. Ne in hanc tantam materiem seditionis ista funesta fax adhaeresceret.

Idem de natura deorū: Quot genera, quantumque disparia, partim submersarum, partim fluitantium, & innantium belluarum, partim ad saxa natiuis textis adhaerentium?

Idem De oratore: Et ad genus id, quod quisque uestrum in dicendo probaret, adhaerescerent

Cæsar in commentarijs: Hac casu ad turrim adhaesit.

¶ Aggredi



## ¶ AGGREDI.

Cicero de natura deorum: Tum Cotta, quia sic aggredior, inquit, ad hanc disputationem, quasi nihil unquā audierim de dijs immortalibus.

Idem pro P. Sextio: Tamen aggrediar ad dicendum.

Ibidem: Non aggrediar ad illa maxima, atq; amplissima.

Idem de oratore: Cum ad causam sum aggressus.

Idem pro Cornelio Balbo: Prius quā aggrediar ad ius, causamq; Cornelij.

Idem pro Lucio Flacco: Aggrediar iam ad singulas ciuitates.

Idem de legibus: Prius quā aggrediamur ad leges singulas.

## ¶ ADIUNGERE, &amp; Accedere.

Terentius in Andria: Ut animum ad aliquod studium adiungant.

Idem in Eunuchis: Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.

Cicero in Philippica sexta: Cæsar se ad neminē adiunxit.

Idem de arte Rhetorica. Ad eam causam, qua comotum peccasse dicet, poterit adiungere.

Ibidem: Postea ad id quod definieris factum eius, qui accusabitur, adiungere oportebit.

Idem in Topicis: Omnibus est ius parietem directum ad parietem comunem adiungere, uel solidum, uel fornicatū.

Idem in Philippica quinta: Et Pompeius ad L. Syllæ maximum imperium, uictoremque exercitum accessit, Cæsar se ad neminem adiunxit.

Idem pro C. Rab. Adiungemus ad hanc labem ignominiamq; mortis etiam C. Marij nomen.

## ¶ Adire

## ¶ ADIRE.

Plautus in *Asinaria*: Ad me adi uicissim.

Idem in *Trinummo*: Tu te ad eum adeas.

Idem in *Menechmis*: Adibo ad hominem.

Terentius in *Andria*: Quid tibi uidetur, adeon ad eum?

Cic. pro lege *Manilia*: Qui omnium mentes eorum, qui ad  
Rempub. adeunt, maxime perspiciunt.

Idem pro *Lucio Flacco*: Ad quem adit?

Idē in *Verrem*: Sese à suis ciuibus hæc habere mandata, ut  
ad *Verrem* adirent.

Ibidem: Cæteri hæredes adeunt ad *Verrem*.

Ibidem: Vt si uobis uideretur, adiremus ad eorum *Senatū*.

Ibidem: Cum ad prætorem in ius adiffemus.

Ibidem: Patri exacta ætate, & adolescenti filio adeundi ad il-  
lum miserum potestatem nuncq̃ esse factam.

Ibidem: Aditum est ad libros *Sibyllinos*.

Ibidem: Homines tenues obscuro loco nati, adeunt ad ea  
loca, quæ nuncq̃ antea uiderunt.

Idem pro *Roscio Comedo*: Ad arbitrium hoc animo adi-  
mus, ut neque nihil, neque tantum, quantum postulau-  
mus, consequamur.

Idem pro *Sextio Roscio Ame*. Postremo isto hortatore ad  
*Syllam* legati non adierunt.

*Cæsar* in *commentarijs*: Vniuersi ad *Cæsarem* adierunt.

T. *Liuius* de bello *Punico*: Qui ad lacum *Auerni* adiffent.

Idē de bello *Macedonico*: Scriba ad *Tribunos plebis* adit.

## ¶ APPLICARE.

Terentius in *Andria*: Hi se ad uos applicant.

¶ Aspicere



¶ ASPICERE.

Varro lib. secundo rerum rusticarum: Simul aspicit ad me.  
Ibidem: Fundanius aspicit ad scrofam.

¶ ACCEDERE.

Varro de re rust. Docent syluestria, ad quæ sator nõ accessit.  
Terentius in Phormione: Voluntas uestra si ad Poëtam accesserit.

Ibidem: Si ad matris mammam non accedet.

Cic. pro C. Rabirio: Deinde uos Quirites, quorum potestas proxime ad deorum immortaliũ accedit, oro, atq; obsecro.

Ibidem: Ad quem cū accessissemus, Axius Appio subridēs: Recipis nos, inquit, in tuũ Ornithona, ubi sedes inter aues.

¶ ADREPERE.

Varro de re rustica: Ne mus, aut lacerta adrepere ad columbaria possit.

**A**ccipere eodem exemplo literas: Hic quoq; modus Latine loquendi elegantissimus est: significatque quod corrupto, deprauatoq; dicendi genere, ferè apud omnes dicitur eiusdem tenoris, uel duplicatas literas accipere: quæ barbaries ita inoleuit, ut proprium, uerumque, quem dixi, loquendi modum nemo iam, aut pauci agnoscant.

Cicero Cornificio: Hæc ferè ad eas literas, quas eodem exemplo binas accepi.

Idem Ser. Sul. Licet eodem exemplo sapius tibi huius generis literas mittam.

Eidem: Accipio excusationem tuam, qua usus es, cur sapius ad me literas uno exemplo dedisses.

Idem Trebatio: Quis solet eodem exemplo plures dare,  
I quantq;

quanquam sua manu scribit?

Idem Planco: Binas à te accepi literas eodem exemplo.

Brutus Ciceroni: Eodē exēplo literæ à te mihi redditæ sunt.

ARTERIA.

**L**icet aliqui Latinius Arteriam, quæ uenam dici putent: auctoritates tamen, quas infra posui, opinionem eorum contra stare uidentur.

Cicero de Fato: Si cui uenæ sic mouentur, is habet febrem, & is febrem non habet.

Ouidius de ponto :

Et iam deficiens sic ad tua uerba reuixi:

Vt solet infuso uena redire mero.

Ibidem:

Sape aliquem solers medicorum cura reliquit:

Nec spes huic uena deficiente cadit.

Idē in Metamorphosi: Saliunt tentatæ pollice uenæ.

Persius: Tange miser uenam, & pone in pectore dextram:

Nil calet hic.

Sabinus in epistola Paridis pro Helena:

Dumque suo tentat salientem pollice uenam.

Vitruuius: Vti medicis & musicis, & de uenarū rhythmō, & de pedum motu.

Corne. C. Si circa frontem intentæ uenæ mouentur.

Ibidem: Periculosissimum tum est, si uenæ quoque ibi uehementer agitantur.

Ibidem: Vbi uenarum exigui, imbecilli quæ pulsus sunt.

Ibidem: Tum requirunt etiā quare uenæ nostræ modo submittant se, modo attollant.

Ibidem: Sed primo quidem die nullus humor dari debet, nisi subito sic uenæ conciderunt, ut cibus quoque dari debeat.

Ibidem.



Ibidem: Venis enim maxime credimus fallacissimæ rei.

Ibidem: Venas autem conspectus medici mouet.

Ibidem: Si uenæ non æquis interuallis mouentur.

Ibidem: Vrina fallax, uena fallacior.

¶ A T.

**N**on caret magna elegantia hæc quoque particula At, qua uario modo usos bonos illos autores reperimus: De qua & si aliqui non pauca dixerunt, eam nos uel declarare apertius, uel plura addere utile duximus.

Vergilius in principio libri, & capite uersuum, illam locauit:

At Regina graui iam dudum faucia cura,

Vulnus alit uenis.

¶ Quandoq; est execrationi præuia, ut idem:

At tibi pro scelere exclamat, pro talibus ausis:

Di si qua est cælo pietas, quæ talia curet:

Perfoluant grates dignas, & præmia reddant

Debita.

Terentius in Andria: At tibi Di dignum factis exitiū dent.

¶ Quādoq; optātis, ut Plautus in Persa: At tibi Di omnes benefaciant.

¶ Aliquando geminata admirationem ostentat, ut Plautus in Mercato re: At at meus hic quidem pater est.

Terentius in Andria: At at hoc illud est, hinc illæ lachrymæ:

¶ Horatius aliquando imprecādo exclamat, & interrogat:

At o deorum quisquis in cælo regis terras.

Et humanum genus, quid iste fert tumultus ?

¶ Interdū cū admiratione laudat, uel uituperat interrogās, ut Terentius in Eunucho: Fucū factum mulieri, at quē deū?

Cicero pro domo sua: At quæ dea est?

Idem Peto: Habuiffes enim non hospitem, sed contubernalem: at quem uirum? non eum, quem tu solitus es Promul fide conficere.

Idem pro Aulo Cluentio: Vna mater oppugnat: at quæ mater? quam cæcâ crudelitate, & scelere ferri uidentis.

Idem pro Tito Annio Milone: Itaq; anteuertit, at quo die?

Idem pro Publio Sylla: At quos uiros?

Idem pro Lucio Flacco: At quos testes?

Idem in Bruto: Gn. Pompeius Sexti filius, at quem numerum obtinebat?

Idem Attico: At quibus uerbis? & profus gestis ampliffimis?

¶ Quandoq; orat. Cic. pro domo sua: At uidete hominis intolerabilem audaciam.

Idem in Verrem: At uidete hominis impudentiam, atq; arrogantiâ iudices.

¶ Interdû simpliciter interrogat. Cicero in Verrem: At per deos immortales quid est quod de hoc dici possit?

¶ Nonnuncq; affirmat, ut Terentius in Eunucho: At diligenter, At mature.

¶ Quandoq; per ironiam quandam inducitur.

Cicero in Verrem: At mores commodi, quis contumacior? quis inhumanior? quis superbior? At hæc sine cuiusq; malo, quis acerbior? quis infidiosior? quis crudelior unq; fuit?

¶ Quandoq; saltem significat.

Cato de re rustica: Si non eodem die, at postredie.

Cicero Curioni: Nostram suffragationem si minus potentem, at probatam tamen, & iustam.

Idem



Idem pro Lucio Flacco: Si nō propinquitatis, at ætatis suæ: si non hominis, at humanitatis rationem haberet.

¶ Quandoq; idem, quod sed significat.

Cicero pro Tito Annio Milone: Quid porrò quærendum est factum ne sit? At constat: à quo? At patet.

¶ ABESSE BIDVI.

**A** Bessē bidui, nō biduo, aut per biduū dicitur: idēq; sine alio uerbo coniuncto, licet subintelligatur itinere, aut uia: sed talis erat loquendi modus.

Cicero Attico: Nos in ea castra properabamus, quæ aberāt bidui.

Eidem: Hæc dictaui sedens in rheda, cum in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui.

¶ Est hic quoq; modus loquēdi apud ueteres: ut cum quid erant dicturi, quod arrogans uideri posset, quasi excusando dicerent: Absit uerbo inuidia, id est, odium: nam quandoq; eo nomine inuidia nuncupatur.

T. Liuius ab urbe condita: Absit uerbo inuidia, & ciuilia bella fileant.

Ibidem: Absit inuidia uerbo.

Idem de bello Macedonico: Absit uerbo inuidia.

¶ ABESSE.

**N**otæ significationis est Abesse: modus autem dicēdi, qui ex eo uerbo procedit, non est prætereundus. Dicitur enim: Quid abest huic homini? Plerique autem mutato dicendi genere, dicunt: Quid deficit huic homini? uel: Quid deest huic homini?

Cicero pro Cornelio Balbo: Quid abest huic homini? quod  
I 3 si adesset

si adesset, iure hoc, & tribui, & concedi putaremus.

Idem De oratore: Quid huic abesse poterit de maxima rerum scientia? ¶ ASSIGNARE.

**A**ssignare, præcipue agris cõuenit: cum ij, uel militibus, uel emptoribus, aut alijs iussu magistratum, aut dominorum assignantur.

Cicero in Philippica secunda: Duo milia iugerum campi Leontini Sexto Clodio rhetori assignasti, & quidem iniuria.

Idem Attico: Mihiq; ex agro tuo tantum assignes, quantum in eo corpore assignari potest.

Horatius: Agros assignant, oppida condunt.

T. Liuius de bello Macedonico: Agrum eis assignaret.

¶ AD VERBUM, AD VNVM.

vā wōrdē to wōrdē.  
to eynē to.

Ad uerbum, Ad unum: id est, quod inepte dicunt, de uerbo ad uerbum, & usq; ad unum.

Cicero de finibus: Fabellas Latinas ad uerbū de Græcis expressas, non inuiti legunt.

Idem de amicitia: De amicitia uero omnes ad unum idem sentiunt.

Vergilius:

Iuppiter omnipotens si nondum exosus ad unum:

Troianos, si quid pietas antiqua labores

Respicit humanos, da flammam euadere classi,

Nunc pater.

¶ ARBITRATV meo.

Arbitratu meo frequentius dicebant, q̄ arbitrio meo. Nonnulli uero contra, ut alia bona corrumpere, ut frequentius arbitrio, q̄ arbitratu dicant.

Cicero de senectute: Eius disputationis sententias memoriae mandauit: quas in hoc libro exposui arbitratu meo.

Idem



Idem de legibus: Concedunt, ut eū arbitrato meo diligam.

Idē Attico: Arbitrato meo uiuēdi. ¶ ADIICERE oculū.

Adiicere oculum puellæ, est certo modo loquendi id, quod peruerse dicitur, oculum in puellam dirigere.

Cicero in Verrem: Partim planè uidebāt, adiectum esse oculum hæreditati.

**A** Nimi causa, officij causa, uerbi causa, uerbi gratia, ualitudinis causa, honoris causa, & honoris gratia, exempli causa, modi sunt loquendi, Romana elegantia referti.

Varro de re rustica: Honoris causa mensæ suæ die festo dignetur adhibere.

Cicero pro Sex. Roscio Amerino: Alterum in urbe secum honoris causa habere.

Plautus in Amphi. Nunchuc honoris uestri uenio gratia.

T. Li. de bello Macedonico: Honoris causa legatos mittere.

¶ ANIMI causa. *van luste wegen*

Plautus in Asinaria: Sine me amare hunc unum Argyrippum animi causa, quem uolo.

Idem in Curculione: Dico me illò aduenisse animi causa.

Idem in Mercatore: Miser, mihi amicū parauī animi causa.

Varro de re rustica: Dic aliud genus Ornithonis, qui animi causa constitutus à te, sub Casino fertur.

¶ OFFICIJ causa.

T. Liuius ab urbe condita: Quæ officij causa ab domo profecutæ fuerant.

Ibidem: Scipionem officij causa conuenerant.

¶ VERBI causa, Verbi gratia.

Cicero de arte rhetorica: Verbi causa maiestatem minuire, dicere

dicere aduerfarium maieftatem minuiffe.

Idem de Fato: Si quis, uerbi caufa, oriente canicula natus eft, in mari non morietur.

Idem in Academicis: Verbi caufa, tria pauca funt, an ne? & fubdit: Sin autem ufq; ad nouem uerbi gratia.

Idem de finibus: Verbi gratia, propter uoluptatem.

¶ EXEMPLI CAUSA.

Cicero de officijs: Exempli caufa ponatur aliquid, quod pateat latius.

¶ CAU TEM. <sup>doch</sup>

**P**articula Autē, iinteriore significato, quaſo doctiffimo quiq; attendite: permulcebit enim aures, & illis iucundiffimo ueluti cantu pruriet.

Cicero Attico: Quod ad te ſcriptum eſt à Cincio de Statiij ſermone, in quo hoc moleſtiſſimum eſt, Statium dicere à me quoque id conſilium probari, probari autem? <sup>doch</sup> de iſto haectenus diximus.

Eidem: Quid tandem iſti mali in tam tenera inſula non feciſſent? <sup>doch</sup> feciſſent autem? imo quid ante aduentum meum non fecerunt?

Eidem: Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus autem? immo uero etiam adiuuandus.

Eidem: Et ſi intelligis q̄ mecum ſit ſcire & curare quid in Re pub. fiat, fiat autem? immo uero etiam quid futurum ſit.

**Q**uam elegantes dicendi modi ad extremum, à princípio, ab initio, à primo: quandoq; abſolute ſine prepoſitione, principio, initio, primo, ab illis ueteribus introducti ſunt: quorum loco incuria poſtea multam barbariem ſuppleuit.

¶ À principio



¶ À PRINCIPIO.

Cicero Attico: Sed ego à principio cum diuinare de belli di-  
uturnitate possem,

Eidem: Sed hæc à principio tibi præcipiens quantum profe-  
cerim, non ignoro.

Eidem: Nos met ipsi, qui Lygurgei à principio fuiffemus  
quotidie demitigamur.

Eidem: Ac uellem à principio te audiffe.

¶ AB INITIO.

Eidem: Quod tibi esse & antiquissimum, & ab initio fuisse,  
ut primum Asiam attigisti constante fama, atq; omnium  
sermone celebratum est.

¶ À PRIMO.

Eidem: Nec uero ille urbem reliquit, qui eam tueri non pos-  
set: nec Italiam, quod ea pelleretur, sed hoc à primo cogita-  
uit omnis terras, omnia maria mouere.

Ibidem: Tuas nunc epistolas à primo lego, hæc me pau-  
lum recreant.

Eidem: Utinam à primo tibi esset uisum.

Idem de finibus: Nunc uero à primo quidem mirabiliter oc-  
culta natura est.

¶ PRINCIPIO.

Idem de officijs: Principio generi animantium omni est à  
natura tributum.

Vergilius: Principio cælum, & terras, camposq; liquentes.

¶ INITIO.

Cicero Attico: Cum id mihi præpositum initio non fuisset.

Eidē: Me adhuc hæc duo sefellerūt, initio spes cōpositionis.

m ¶ Primo

## ¶ PRIMO.

Terentius in Ecyra: Nec illi credebam primo.

¶ AD EXTREMVM. *vpt left. vel vpt hardst*

Cicero Attico: Illud te ad extremum & oro, & hortor.

Eidem: Aiebat illum primo sanè diu multa, ad extremum autem manus dedisse.

Eidem: Addidit ad extremum cum iam dimissa concione reuocat<sup>9</sup> à Vatinio fuisset, se audisse à Curione his de rebus consciùm esse Pisonem generum meum.

Eidem: Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit.

Horatius: Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.

¶ ALIENVS: *bütē man.*

**A**lienus est idem quod extraneus: sed incuria factum est, ut extraneo solo multi utantur: Alienum uero penè ab omnibus præteritur.

Terentius in Ecyra: Cum eam prosequitur alienus puer.

Idè in Heautō. Ne istuc inducas in animū tuū alieū esse te.

Cicero Attico: Neq; utar meo chirographo, neque signo, si modo erūt eiusmodi literæ: quas in alienū incidere nolim.

In eo significato est, quod Plautus in Amphitriōe dicit: Cer te edepol me alienabis nunq̄, quin noster siem.

## ¶ ACVTVM.

**N**on id est tantummodo acutum, quod uulgo putant cuspidè fastigatum, ut punctim cedat: Sed acutum etiā id est, quod in aciem caesim, attenuatur. Acuere enim ferrum, est ita concinnare, ut acie bene incidat, non solum caesim, sed etiam punctim. Retusum est, quod uel cuspidè, uel acie usu

*Acutū*

*Retusū*



uel acie usu nimio, uel alio casu perstricta hebetatur.

Plautus in Epidico: Acutum cultrum habeo.

Cicero de diuinat. Aliæ agrorum partes quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa.

Idem in Tusc. At uocem citharedi non audiunt, ne stridor  
rem quidem Serræ cum acuitur.

Vergilius: Ferrum acuunt portis. Idem in Georgicis.

Carduus & spinis surgit Paliurus acutis.

¶ **AGERE** iniuriarum.

**A**gere iniuriarum, & hic elegans modus propè desertus  
euocandus est. Id enim dicebatur cum quis pro acce-  
ptis iniurijs aliquem postulabat, & coram iudice iniuriarum  
causam agebat.

Cicero in arte rhetorica: Agit, is cui manus præcisa est, iniu-  
riarum.

¶ **AGERE** præscriptum.

**A**gere ad præscriptum, modus est loquendi perelegans, quo  
id significatur: quod agere secundum imperium, aut datam  
legem.

Cæsar in commentarijs: Alter omnia agere ad præscriptum:  
Alter libere ad summam rerum consulere debet.

¶ **ANIMADVERTI.**

**A**nimaduertere actiuum à multis obseruatum: Passi-  
uum uero, quoniam omissum est, notandum duxi.

Cæsar in comment. Animaduersum est uitium munitio-  
nis.

Ibidem: Terrore hominum animaduerso.

Ibidem: Hac re animaduersa, Cæsar iubet signa conuertí.

Ibidem: Qua re animaduersa, Ambiorix pronunciarí iubet,  
ut procul tela conijciant.

## ¶ ATTRECTARE.

**A** Trectare de sacris præcipue dicitur. Vergilius:  
 Tu genitor cape sacra manu, patriosq; penates:  
 Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti:  
 Attrectare nefas.

T. Liuius ab urbe condita: Quod signum more uetusto, nisi  
 certæ gentis sacerdos attrectare non esset solitus.

¶ ANIMO præsentis. *v. accuratè*

**A** Nimo præsentis modus est loquendi, cum nõ ignaue,  
 sed accurate & sedulo quid agitur.

Terentius in Eunuchis: Animo hæc præsentis ut dicas.

Asconius Pedianus: Animaduertitur sensibus præsentis ani-  
 mo utentibus.

## ¶ ADSCRIBERE.

**A** Dscribere non est (ut aliqui putant) iuxta scribere, sed  
 aliquid addere, uel subiungere ad id, quod scriptum sit.  
 Cicero Attico: Sed cū id ad me Tullia scribat orans, ut quid  
 in Hispania geratur expectem, & semper adscribat id ui-  
 deri tibi.

Idem Ruffo: Illud me non animaduertisse moleste ferrem,  
 ut adscriberem te in Phano pecuniam iussu meo deposuif-  
 se. & paulo post: Nõ adscripsi id, quod tua nihil referebat,  
 ego tamen adscripsisse mallẽ id, quod te uideo desyderare.

Idem Attico: Teretia tua magnos Articulorum dolores ha-  
 bet, & te, sororemq; tuam, & matrem maxime diligit, salu-  
 temq; tibi plurimam adscribit.

**M** O Dus est loquendi optantis, uel imprecantis, id est,  
 ¶ BENE uertat, Male uertat.  
 orare, ut

*so gude kornen*



orare, ut res bene, uel male cadat.

Plautus in Aulularia: Quæ res recte uertat, mihiq; , tibiq; , tuæque filia.

Idem in captiuis: Quæ res bene uertat mihi, meoq; filio.

Ibidem: Istud dii bene uertant.

Vergilius: Hos illi quod nec bene uertat mittimus ædos.

¶ BARBARVM.

CVM Græci Barbaros (Festo autore) omnes præter se ipsos dicant, loca, quæ infra notauimus, aliter accipienda sunt, atq; ab plerisque interpretibus accipiuntur. Barbarum enim id significat, quod alienum, peregrinum, externum.

*Barbarus, frembde.*

Plau. in Asinaria: Nomen huic Græce Onagos est fabulæ: Demophilus scripsit, Marcus uertit barbare.

Idem in Trinummio: Nam nomen Græce huic est thesauro fabulæ, Philenio scripsi, Plautus uertit barbare.

Horatius: Sonante mixtum tibijs carmen lyra, hac Dorium, illac Barbarum.

Idem: Græcia barbariæ lento collisa duello.

¶ CADERE bene, Male, Oportune, Commode:

Bene & male cadere, oportune, & commode cadere, & cadere absolute, modus est loquendi: cuius loco à multis dicitur Bene & male succedere, siue accidere.

Cicero Attico: Cecidit belle.

Ibidem: Quod si auderem Athenas peterem, sanè ita cadebat ut uellè, nunc & nostri hostes ibi sunt, & te non habemus.

Idem De oratore: Sed hoc tamen cecidit oportune.

Ibidem: Hoc loco Sulpitius insperanti mihi, inquit, & Cottæ, sed ualde optanti utriq; nostrum cecidit,

m 3 Idem

Idem in Verrem: Hoc adhuc percommode cadit.

Cæsar in commentarijs: Vbi tantos suos labores & apparatus male cecidisse uiderunt.

¶ BENE AUDIRE, Male audire.

.i. vituperari

.i. laudari

**M**Ale audire non est (ut uulgus putat) qui obtusas aures habens: male audit, nec contra Bene audire est, qui liberas habet ad audiendum aures. Verum is qui de se male, uel bene, aut rumorem de se malum, aut bonum spargi percipit.

Terentius in Phormiõe: Bene dictis si certasset audisset bene.

Ibidem: Si herum insimulabis auaritiæ male audies.

Idem in Ecyra: Sine me hoc effugere obsecro uulgus, quod male audit, mulierum.

Cicero Attico: Nonnulli amici Appij ridicule interpretantur, qui me idcirco putant bene audire uelle, ut ille male audiat.

Idem in Oratore: Non quo libenter male audiam: sed quia ego causam non libenter relinquo nimium patiens, & lentus existimor.

Ibidem: Cum Quintus Opimius consularis, qui adulescens male audisset festiuo homini Egilio, qui uideretur mollior: nec esset, dixisset: Quid tu Egilia mea quando ad me uenis cum tua colu & lana? nõ pol, inquit, audeo, nam me ad famosas uetuit mater accedere.

Idem in Verrem: Quæ Romæ magna est infamia precio accepto edixeras ea sola te, ne gratis in prouincia male audires, ex edicto Siciensi sustulisse uideo.

Idem de Finibus: Esse hominis ingenui, & liberaliter educati uelle bene audire à parentibus.

¶ Belle



¶ BELLE HABERE, Bene multi, Bona pars, Bono esse, Multo mane, Bene mane.

OBSeruare Latini omnes debent, & qui latinitatis studiosi sunt, uel minima quæq; eorum, quæ Cicero, & eruditissimi illi, Ciceronis æquales in operibus suis scripta reliquerunt, qualia sunt Belle habere, <sup>ser. vijl</sup> bene multi, bona pars, <sup>de meyste deyl.</sup> bono esse, multo mane, bene mane. <sup>ser. fro</sup>

Cicero pro Lucio Murena: Posthumus obuiam cum bene magna caterua sua uenit.

Idem de Oratore: Habetis sermonem bene longum. <sup>t. valde</sup>

Idem Attico: A Curione mihi literæ bene longæ.

Cassius Ciceroni: Classis bene magna.

Asinius Pollio Ciceroni: Habet inermes bene multos.

Dolabella Cice. Terētia minus belle habuit, sed certum scio iam conualuisse eam.

Cicero de Oratore: Aiebat bonam partem sermonis in hūc diem esse dilatam.

Ouidius in Fastis:

Pars bona montis erat.

Cicero Attico: Ad eū septimo Idus literas dedi bene mane.

Eidem: Binas quidem tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Fesulanus multo mane mihi dedit.

Hircius in commēt. Bene magna comparata manu prouinciam uastare cœpit.

Ibidem: Bene magna multitudo.

Ibidem: Bene magnum tempus consumpserunt.

Ibidem: Bene multis uulneribus affecti.

Ibidem: Nostri ex humili conualle bene longe sunt digressi.

¶ Boni

## ¶ BONI consule.

*unt gude feren.*

**B**oni consule, modus loquēdi ueterum illorum, id significat, quod Bonum iudica. Perfecti enim illi Latinitatis principes iudicare, consulere dicebant: ut si dicas: Rogo boni consulas, id sit, quod rogo bonum iudices.

Ouidius de Ponto:

Vt tamen hoc ita sit munus tua grande uoluntas:

Ad me peruenit, consuluitq; boni.      Ibidem:

Quæ quantūq; misisse pudet, quia parua uidentur:

Tu tamen hæc quæso consule missa boni.

## ¶ CAPVT.

**I**nficiari nemo etiam mediocri ingenio audeat, esse modum quendam loquendi, qui linguam Latinam à Barbarie distinguat. Nam uerba, ac uocabula quid per se, & singillatim significēt, innumeri Grammatici copiose disseruerunt. Sed quid ijs coniunctis, composita oratione, usitato more loquendi, modus in ueteribus, ac perfectis autoribus obtinuerit, nemo hætenus (quod sciam) plane considerauit. Caput enim illud est, caput cenæ, caput & origio, caput malorum, caput factionis, & capiti tuo, quod genus execrationis est, & huiusmodi boni autores per translationem miracum iucunditate suis scriptis interferuerunt.

*Caput.*

Plautus in Penulo: Capiti uestro istud quidem.

Vergilius: Capiti cane talia demēs, Dardanio, rebusq; tuis.

Idem: Di capiti ipsius, generiq; referuent.

Cælius Ciceroni: Te ad Nonum Calendarum Iunij Subrostrarij (quod illorum capiti sit) dissiparant perijisse.

Plautus in Mercatore: Ad capita rerum peruenias.

Idem in



Idem in Asinaria: Ego caput huic heræ argento fui hodie reperiundo.

Cicero M. Marcello: Caput illud est, si ista uita tibi commodum esse uideatur.

Idem Seruio Sul. Caput illud est, ut Lysonem recipias in necessitudinem tuam.

Idem Attico: Caput illud est, quod scis.

Eidem: Quarum literarum erat caput Aquiliam nouercam non esse laturum.

Eidem: Quod caput est ipsum non noui.

Idē de Diuina. Sed quod caput est, cur isto modo iam oracula Delphis non æduntur?

In Philippica secunda: Caput autem literarum sibi cum illa Mima posthac nihil futurum.

Idem Bruto: Caput autem est hoc, quod te diligentissime percipere, & meminisse uelim.

Idem in officijs: Caput autem est in omni procuratione negotij, & muneris publici, ut auaritiæ pellatur etiam minima suspitio.

Idem in Verrem: Et quod caput est rei frumentariæ campus Leontinus.

Idem in Tuscu. Negauit se iure illo nigro, quod cenæ caput erat delectatum.

Cic. p Tito Annio Milone: Quid quod caput audaciæ est?

Idem: Qua senatui gratias agit post reditum suum, cū præclarum caput recitaretur.

T. Li. ab urbe condita: Cum caput rerum omnium in omni hostium equitatu Masinissam fuisse sciret.

¶ CAPITE aperto, Capite obuoluto.

T. Lilius de bello Punico: Capite aperto est ductus.

Ibidem: Obuolutum caput est.

Idem ab urbe condita: Caput obuoluito, infelici arbori recte suspendito.

¶ CVM.

Q Vis erit, qui legens, quas infra scripsi autoritates de clausula Cum, quemadmodum præcellentis ingenij Vates illa usi fuerint, quando tempus significare uoluerūt: non supramodum oblectetur, mihiq; arrideat, qui eas primus (ut opinor) notauit, & undiq; decerptas, quasi in acervum congeffi?

Plautus in Truculento: Iam biennium est, cum mecum esse ille cœpit.

Ibidem: Illi quidem haud diu est, cum dentes exciderunt.

Idem in Persa: Nondum sex menses Megaribus huc est, cū commigravit.

Idem in Mostel. Quia septem menses sunt, cū in hæc ædes pedem nemo intro detulit.

Idem in Menechmis: Plus triginta annis natus sum, cū ego interea loci nonnūq; quicq; facin<sup>9</sup> feci peius, neq; scelestius.

Idem in Bacchidibus: Iam aderit tempus, cum sese etiam ipse oderit.

Terentius in Heauton. Si unq; ullum fuit tempus mater, cū ego uoluptati tibi fuerim.

Idem in Adelphis: Videre uideor iam illum diem, cum hinc egens profugiet aliquò militatum.

Idem in Ecyra: Hunc uidere semper optaui diem, cum ex te esset



esset aliquis, qui te appellaret patrem.

Cicero pro L. Murena: Qui locus est iudices? quod tempus? quæ dies? quæ nox? cum ego non ex istorū insidijs, ac mucronibus, non solum meo, sed multo etiam magis diuino consilio eripiar, atq; euolem?

Idem Cassio M. Fabium, quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæstum. Multi enim anni sunt, cum ille in ære meo est, & à me diligitur.

Idem de Oratore: Iam anni propè quadringenti sunt, cum hoc probatur.

Idem Attico: Vtinam illum diem uideam, cum tibi gratias agam, quod me uiuere coëgisti.

Eidem: Eandem uirtutem istam, ueniet tempus, cum grauiter gemes.

Idem pro Tito Annio Milone: Erit illud profecto tempus, & illucescet aliquando ille dies, cū tu salutaribus (ut spero) rebus tuis, sed fortasse motu aliquo communium temporum, qui quàm crebro accidat experti debemus scire & amicissimi beniuolentiam, amicitiam, & grauissimi hominis fidem, & unius post homines natos fortissimi uiri magnitudinem animi desyderes.

Idem Attico: Triginta dies erant ipsi, cū dabam has literas.

Idem Cæsari: Aliquot enim sunt anni, cum uos duos elegi, quos præcipue colerem.

Idem Attico: Vtinam eum diem uideam, cum ista oratio ita libere uagetur, ut etiam in Sicæ domum introeat.

Idem pro eodem: Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necatur.

Ibidem: Vnus & alter dies intercefferat, cum res parum certa uidebatur.

Ibidem: Anni sunt octo, cū iste in ista meditatiōe uersatur.

Idem in Philippicis: Vigessimus annus est, cum omnes scelerati me unum petunt.

Idem Attico: Sed tu omnia consilia differebas in id tempus cum sciremus quæ Brundisij acta essent.

Eidem: Ipse discrucior uenisse tempus, cum iam nec fortiter, nec prudenter quicquàm facere possim.

Eidem: Biennium iam præterijt, cum ille Callipides assiduo cursu cubitum nullum processit.

Idem in Verrem: Vna nox intercefferat, cum iste Dorotheum sic diligebat, ut diceres omnia inter eos esse cōmunia.

Idem de Oratore: Vix annus intercefferat ab hoc sermone cohortationis meæ, cum iste accusauit Caium Norbanū.

Idem de officijs: Nondum centum & decem anni sunt, cum de pecunijs repetundis, à Lucio Pisone lata lex est.

Idem de diuinatione: Quoniam multi anni sunt, cum bella à proprætoribus, & proconsulibus administrantur.

Vergilius in Georgicis:

Scilicet & tempus ueniet, cum finibus illis:

Agricola incautus terram molitus aratro.

Exesa inueniet scabra rubigine pila. Idem:

En erit unq̄ ille dies mihi, cum liceat tua dicere facta.

Idem: Neclōgum in medio tempus, cum clamor ad aures:

Peruenit. Idem:

Turno tempus erit, magno cum optauerit emptum:

Intactum Pallanta. Idem:

Tertia



Tertia iam Lunæ se cornua lumine complent:  
 Cum uitam in syluis inter deserta ferarum:  
 Lustra domosque traho. Idem:  
 Septima post Troiæ excidium iam uertitur æstas:  
 Cum freta, cum terras omnes, tot inhospita saxa:  
 Syderaque emensæ ferimur. Idem:  
 Vix hæc ædiderat, cum effusis himbribus atra:  
 Tempestas sine fine furit. Ouidius de Fastis:  
 Iam tria lustra puer furto conceptus agebat:  
 Cum mater nato est obuia facta suo.

Titus Liuius ab urbe condita: Per multi iam anni erant, cum  
 nulla certamina fuerunt.

Idem de bello Punico: Dies haud multi intercesserant, cum  
 legati uenerunt.

Idem ab urbe condita: Tricentesimus sexagesimus quintus  
 annus urbis Quirites agitur, cum non uniuersa Ethruria  
 uobis bello par est.

### CONTURBARE.

Conturbauit me (fateor) cum intelligere satis nondum  
 possem quid uerbum Conturbo penitioris significato  
 sibi uellet: Cum euolutis tandem diuersorum autorum scri-  
 ptis, id mihi uisus sum percepisse. Est enim Conturbare id  
 ferè, quod decoquere: quod, ut alijs post iudicandum meli-  
 us relinquam, loca ipsa ex quibus collegi, subiiciam

Cicero ad Atticū: Illi Dijs sint irati huiusmodi Græco, qui cō-  
 turbare quidē putat sibi licere, quod equitibus Romanis.

Idem Q. Cic. fratri: Misi ad Cæsarem eodem illo exemplo  
 literas; locum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus:

n 3 Ad quem

Ad quē ego rescripsi, nihil esse quod post hac artis nostræ fiducia conturbaret, nisi quod in eo genere & familiariter, & cum dignitate.

Idem pro G. Planco: Nam quid ais Cassi non plus me Planco debere, quam bonis omnibus, quod ijs æque mea salus cara fuerit, ego me debere bonis omnibus fateor, sed etiā ijs, quibus ego debeo boni uiri, & ciues, Comitrijs edilitijs aliquid se meo nomine debere Planco dicebant. Verū fac me multis debere, & in ijs Planco. Vtrū igitur me conturbare oportet: an cæteris cum cuiusque dies uenerit, hoc nomen debito ris quo urgetur nunc competitor dissoluere: quanquam dissimilis est pecuniæ debitio, & gratiæ. Nam qui pecuniā dissoluit, statim non habet id quod reddidit: Qui autem debet, res retinet alienum. Gratiā autem & qui refert habet, & qui habet in eo ipso quod habet refert.

Vulpianus de Institoria actione: lege, Quicumque: Idem Labeo ait: Si quis pisttor seruū suū solitus fuerit in certum locum mittere ad panem uendendum, deinde pecunia accepta præsentī, ut per dies singulos ei panes præstaret, conturbauerit: dubitari non oportet, quin si promisit ei dari summas, teneri debeat.

Alphanus de in rem uerso: lege, Quidam seruus: Boves uendiderat, alios redemerat, nummos uenditori non soluerat, postea conturbauerat, qui boues uendiderat, nummos à domino petebat actione de peculio, aut quod in rem domini uersum esset.

**C**ONSCENDERE. **C**ONSCENDERE.  
 Conscendere proprie nauigatium est, quod ab usu propriè communi



pè communi recessit. Ita enim tritum erat, ut quādoq; absolute à perfectissimis illis autoribus diceretur.

Cicero Attico: Idibus Martijs Pompeium à Brundusio conscendisse.

Cæsar in cōmentarijs: Erat completis littoribus contentio, qui potissimum ex magno numero conscenderent.

Ibidem: Tandem idoneam tempestatem nactus, milites, equitesq; conscendere naues iubet.

Idem de bello ciui. Non minori animo, ac fiducia, q̄ ante dimicauerant naues conscendunt.

Ibidē: Nominatim euocati, atq; obsecrati, naues cōscendūt.

Ibidē: Aequo ut animo mancipia, atq; impedimenta in Italia relinquerent, ipsi expediti naues conscenderent.

Vergilius: Bis denis Frigium conscendi nauibus æquor.

¶ CORRUMPERE.

**C**orrumpere uulgata significatione, id est certe, quod inquinare, contaminare, uitiare. Considerantibus autem, & diuersa bonorum autorum loca rimantibus, interior quidā sensus occurrit, quo meo iudicio id significet, quod destruo, rumpo, rodo, perdo.

*Corrumpo.*

Plautus in Amphitrione: Tace ne corrumpes oculos.

Idem in Mercatore: Nimum stulte facis, oculos corrupis tales.

Varro de Re rustica: Neque rubigo frumenta, atque arbores corrumpit.

Idem: Capræ omnia nouella fata carpendo corrumpunt.

Cicero pro Aulo Licinio: Tabulas, quas idē dicis solere corrumpi desyderare.

Idem

Idem in Verrē: Vt tabulas publicas corrumpere auderes.  
 Cæsar in comē. Vt æquo animo ipsi sua frumēta corrūperēt.  
 Salustius in Catili. Dubitando & dies prolatando, magnas  
 oportunitates corrumpere.

Idem in Iugurtino: Præda omnis à profugis corrupta.

Ibidem: Illaq; & domum, & semet igni corrumpunt.

Ibidem: Nam cum fontis uenæ paulo processerant, igni, aut  
 lapidibus corruppebantur.

Propertius: Et sæpe immeritos corrūpas dentibus ungues.

Idem: Illa puellarum ingenuos corrumpit ocellos.

Idem: Corrumpit dura catena manus.

Ouidius de arte amandi:

Quid teneros lachrymis corrūpis ocellos? Idē de Ponto:

His ego si demēs ausim corrūpere nomē. Idē de amorib;:

Quid fles, & madidos lachrymis corrumpis ocellos?

Vulp. locati & conducti lege: Sed addes: Sed prælum, & tra-  
 petum uitiatum dominum reficere debere, quod si culpa  
 coloni quid eorum corruptum sit, ex locato eum teneri.

Idem eodem titulo, lege, Ex conducto: Sed & si Vredo fru-  
 ctum oliue corruerit, aut solis feruore non assueto id ac-  
 ciderit, damnum domini futurum.

Idem ad legem Aquiliam, lege, Si feruus: Si quis alteri da-  
 mnum fecerit, quid ufferit, fregerit, ruperit iniuria, quāti ea  
 res erit in diebus triginta proximis, tantum ex damno da-  
 re damnas esto. & subdit: Celsus ait: Lex ruperit, rupisse  
 uerbum ferē omnes ueteres sic intellexerunt, corruerit. &  
 subdit: Celsus non neget fractum & ustum contineri cor-  
 rupti appellatione.

Labeo



Labeo eodem titulo: Si riuum, quem faciendum conduxeras, & feceras, antequam eum probares, Labes corruptit tuum periculum esse Paulus respondit.

Paulus de usu fructu, lege, Titius: Meuius uillam uetustate corruptam, necessariam cogendis, & conseruandis fructibus ædificauit.

Idem de liberali causa, lege, Liberalis: Fieri enim potest, ut fiducia libertatis, & surripere quædam, & corrumpere, atque consumere ex bonis eorum, quibus seruebat, ausus sit.

Cæsar in commentarijs: Corruptis equis macie, conandum sibi aliquid Pompeius de eruptione existimauit.

Ibidem: Itaq; quodcunq; addebatur, subsidio id corruptum timore fugientium terrores, & periculum augebat.

Hircius in commentarijs: Frumento incenso, uino, oleo, ceterisq; rebus, quæ ad uictum parari solent corruptis.

Ibidem: Rebus ad uictum pertinentibus corruptis.

T. Liuius ab urbe condita: Causando corrumpi equos in insula inclusos.

Ibidem: Caue ne tot meritorum gratiam maiore culpa corrumpas.

Ibidem: Alia disiecerunt, alia igni corruerunt.

Ibidem: Ad frumenta, quæ iam in horreis erant corrupenda:

Idem de bello Punico: Captum oppidum cum ingenti præda, quantq; pleraq; à dominis de industria corrupta erant.

Ibidem: Tectis primis incensis, ac frugibus corruptis.

¶ **CONSEQVOR, & Assequor.**

**C**onsequor & Assequor uno propemodum, eodemq; modo dicendi, censei possunt, ut si dicamus: Non me  
o es affecutus

es affecutus, uel consecutus, idem significet, quod non potuisti ad me peruenire.

Terentius in Heautonti. Hæc ubi aperuit hostium, cōtinuo huc se coniecit intro, ego consequor.

Cicero Attico: Quamobrem te oro des operam, ut me statim consequare.

Eidem: Si enim es Romæ, iam me assequi non potes: sin es in uia, cū eris me affecutus, coram agemus, quæ erūt agēda.

Eidem: Cum præsertim non dubitarem, quin si etiam tutum iter nobis fuisset, te tamen iam cōsequi nō possemus.

Idem in Catilinam: Aurelia uia profectus est, si accelerare uolent, ad uesperum consequentur.

Cæsar in cōmen. Hoc prælio facto, reliquas copias Eluetiorū ut consequi posset pontem in Arare faciendum curauit.

T. Liuius de bello Punico: Peditum agmen, quia assequi terra non potui.

Ibidē: In Brutios raptim ne Gracchus assequeretur cōcessit. Idem de bello Macedonico: Paucos moratus dies, dum se copiæ assequerentur.

Idem ab urbe condita: Nocte prægressum eum assequitur locis planis, ac patentibus.

#### ¶ CAVEOR & Gemor.

**C**Aueor & gemor sæpenumero scriptum repperi (ut opinor) à paucis obseruatum.

Cicero Seruio Sulpitio: Quæ esset tua in hoc pestifero bello cauendo & prædicendo sententia.

Idem Attico: Atq; hic status, qui una uoce omnium gemitur.

Eidem: Cætera quæ quidem prouideri poterunt cauebuntur.

Eidem



Eidem: O hominem cauendū mihi.

Eidem: Fidem uobis habendam nō esse, me uero cauendū.

¶ COMMODVM.

**C**ommodum discesseram cum uenisti, id est, oportune, in tempore, aliquando uix, tantum; modus hic loquendi elegans frequenti in usu est apud bonos autores.

Plautus in Mercatore: Si istac ibis commodum, obuiam uenies patri.

Idem in Trinūmo: Nanq; hoc commodum orditur loqui.

Idem in Milite: Hem te ipsum quæro commodum uir lepidissime.

Terentius in Eunucho: Commodum huc aduenerat.

Cicero Attico: Commodum discesserat Hilarius librarius.

Eidem: Commodum ad te miseram Demeam, cum heros ad me uenit.

Eidem: Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, cum ad me bene mane Dionysius fuit.

Eidem: Commodum discesseras heri, cum Trebatius uenit.

¶ AMAT cum maxime.

**A**mat cum maxime, modus est loquendi Romano candore perfusus, Id enim significat, quod illiterati dicunt Amat, sicut unq̄, uel nunq̄ magis.

Cic. Q. Fratri domus celebratur ita ut cum maxime.

Terentius in Ecyra: Amabat ut cū maxime tum Pamphilus.

¶ CEDO. *bet sy se*

**C**Edo, aduerbium quandoq; ab ueteribus etiam ad plures referebatur. Cic. de senectute: Cedo qui uestram Remp. tantam amisistis, & tam cito?

o 2 ¶ Confe ntire

## ¶ CONSENTIRE.

**C**onsentire, intimo modo loquendi est, quod conuenire, concordare.

Cicero in Academicis questio. Sed mihi neutiq; cor consentit. & subdit: Apparet enim iam cor cum oculis consentire.

Idem Attico: Quoniam cum consilijs tuis, mea & facta, & consilia consentiunt.

Idem de diuinat. Animorum consentientium multitudine completum esse mundum.

Idem de reditu suo: Tanta consensione Italiae.

Idem de natura deorum: Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia, consensuq; naturæ.

Ibidem: Ita feruntur, moderanturq; cursus, ut ad omnia conseruanda, & tuenda consensisse uideantur.

Idem Planco: Quæ autem recitatae sunt literæ in senatu, nequaq; consentire cum oratione Furnij uisæ sunt.

¶ CONDICERE. *bescheyden.*

**C**ondicere, penitioe significato erat, Denunciare, constituere, decernere, & in canis eo uerbo præsertim ueteres utebantur.

Plautus in Stichio: Homines seruulos potare, amare, atq; ad cænam condicere.

Cicero Lentulo: Nam cum mihi condixisset, cænauit apud me in mei generi Crassipedis hortis.

T. Liuius ab urbe condita: Rex his fermè uerbis patres consulebat, quarum rerum, litium caufarum condixit pater patrus populi Romani Quiritium patri patrato priscorū Latinorum, hominibusq; priscis Latinis.

¶ Loci.



## ¶ LOCI &amp; Cæli grauitas.

**L**oci & Cæli grauitatem dicebant antiqui eo modo dicendi, quo multi peruerse, ut cætera, malū aerem dicunt. *Loci grauitas*  
*Coeli grauitas*  
Cicero Attico: Et cum reliquis etiam loci grauitas hic miserrime perferenda est.

Eidem: Iam enim corpore uix sustineo grauitatē cæli huius.  
Varro de Re rustica: In Appulia loca calidiora & grauiora.  
Ibidem: In regionibus, quæ grauitate cæli, soliçq; sterilitate uastantur.

¶ CERTVS. *Speher*

**V**eteres uerbum hoc Certus, sermone Latino occultiore & uario significato quandoq; interferebant. Quod nō ab re sit obseruasse. Proderit enim non parum studiosis, si sedulo hos flosculos attenderint. Qui uero affirmāt in plurali certos dici, non certum, errasse facile deprehenduntur.

Cicero in Verrem: Confirmat se homines certos eius rei causa in Siciliam, & terra, & mari missurum.

Ibidem: Tum iste cōtinuo mittit homines certos Melitam.

Ibidem: Certos homines in Quinqueremi misisse.

Idem in Catilinam: Certos homines delectos, ac descriptos habebat.

Cicero Attico: Hominem certum misi de comitibus meis.

Eidem: Certos homines ad mulieres miseram.

Eidem: Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent.

Idem Cassio: Qui cum essent missi, ut Antonio ex senatus sententia certas res nunciarent, cum ille earum rerū nulli paruisset, ultro ab illo ad uos intolerabilia rettulerunt.

Cicero ad Pontifices: Hanc iucundissimam uitæ, atq; officiorum omnium societatem certi homines, fictis sermonibus, & falsis criminibus diremerunt.

Ibidem: Neq; ille tot suspicionibus certorum hominum, & scelere exulceratus.

Idem pro Sex. Roscio Amerino: Si tibi fortuna non dedit, ut patre certo nascere.

Vergilius: Equidem per littora certos dimittam.

Horatius: Nam si natura iuberet à certis Annis æuum remeare peractum.

T. Liuius ab urbe condita: Cum in diem certam, ut ad lucū Ferentinæ conueniant edicit.

¶ CEDERE uita, Cādere patria.

**V**erbum Cedo uulgare propè est, & per ora etiam uulgarium in horas singulas uenit. Vnum tamē eius uerbi modum, quo ueteres illius diuini sæculi utebantur, non ab re collegisse sit, à paucis (ut arbitror) hætenus recte obseruatum. Nam cedere uita, cedere patria, cedere foro, rarissime reperitur: Addita uero præpositione frequentius, utrunq; dicendi genus, quod penè iam ab usu recessit, elegantia plenum est.

Cicero Attico: Salue, inquit, Arrius, hoc est Roma decedere.

Idem Bruto: Vos fortasse sapientius excessistis urbe ea, q̄ liberaueratis.

Idem in secunda Philippica: Qui cum multa uita excedens prouidit, tum quod te consulem non uidit.

Asinius Pollio Ciceroni: Finib⁹ meæ puincia nuscq; excessi.

Vergilius: Inuitus Regina tuo de littore cessi.

Idem



Idem: Possuntq; solo decedere nostro.

Idem: Tacitusq; mea decedere terra.

Cicero ad Octaviū : Cedam tibi in praesentia foro, curia, & sanctissimis deorum immortalium templis, in quibus reuiuifcente iam libertate: deinde rursus oppressa, senatus nihil consulitur, timet multa, assentitur omnia. Cedam urbe, quam per me conseruatam ut esset libera, in seruitute uide re non potero. Cedam uita, quæ quanq; sollicita est, tamē si profutura est Reipub. bona spe posteritatis me consolatur, qua sublata non dubitanter occidam, atq; ita cedam, ut fortuna iudicio meo, non animus mihi defuisse uideatur.

T. Li. de bello Punico: Cedere possessione magnæ fortunæ.

¶ CADERE causa.

**C**Adere causa, hoc est, quod uulgo dicunt, perdere, aut succumbere,

Cic. de Oratore: Ut ei quē defendebat causa cadere liceret.

Idem pro Lucio murena: Et si turpe existimas te, aduocato illum ipsum, quem contraueneris causa cadere.

Pau. de iure Fiscī: lege, In fraudem: Ut si usus is contra interdictum fuerit, causa cadat.

¶ COHORS.

**N**on est cohors solum militum, quod penè uulgare est. sed est etiā familia primarij uiri. Quod ut inter omēs constet, loca q̄ plurima his subieci.

Cicero in Verrem: Quæ cohors, & qui comitatus fuerit, meministis.

Ibidem: Cohortem autem Metelli, quam uocat, quid erat quod corrumperet?

Ibidem

Ibidem: Recuperatores dicit se de cohorte sua daturum.

Ibidem: Negas de conuentu recuperatores daturum, cohortem tuam proponis.

Ibidem: Apronio permittis, ut quos uelit, de cohorte sua summat recuperatores.

Horatius: Laudat Brutum, laudatq; cohortem.

Idem: Ut iuueni placeat, percontare, utq; cohorti?

Catullus: Pisonis comites cohors inanis.

¶ CONFIRMARE.

**C**onfirmare cum de ualitudine loquimur, significat melius habere, & uires recuperare.

Cicero Tironi: Satis enim te mature uidero, cum plane confirmatum uidero.

Eidem: Adhuc dum mihi nullo loco deesse uis, nunquam te confirmare potuisti.

Eidem: Cum te bene confirmaris, ad nos uenias.

¶ CREPARE cum Accusatiuo.

**C**repare cum accusatiuum habet, id significat, quod loquitur, prædicat.

Horatius: Sulcos, & uineta crepat mera, præparat ulmos.

Idem: Si quid Stertinius ueri crepat.

¶ DE & EX.

**P**articula, siue præpositio De, quantam uenustatem, gratiam, elegantiam obtineat, quamue crebro operi intermixta reperiatur, tametsi aliqui obseruarunt: quo tamen bonarum literarum studiosi hoc, & alia eiusmodi imitari facilius possint, quasi in albo Prætoris huic folio ob oculos subscripsi.

Plautus



Plautus in captiuis: Emit hos de præda, ambos de Quæstoribus.

Idem in Rudête: Nam de nocte multa, impigrèq; surrexi.

In Mostellaria: Nō bonus est somnus homini de prandio.

In Curculione: De illo emi Virginem.

In Truculento: Nam mihi de uento misere cōdoluit caput.

Terentius in Andria: Clamat de uia.

Idem in Adelphis: Imo de nocte censeo hodie.

Idem in Phormionē: Vbi agrum de nostro patre colēdum habebat.

Cato de re rustica: De domino boino, colono, bonoq; ædificatore melius emetur.

Varro de re rustica: De asinis quenq; amplissimum & formosissimum quem possunt eligunt.

Ibidem: Quas mihi apposuisti in uilla Rheatina ad lacum Velini eunti de controuersijs.

Cicero Lentulo: Ego tua gratulatione commotus, quod ad me pridem scripseras uelle te bene euenire, quod de Crasso domum emissem.

Idem de Oratore: Equidem sæpe hoc audiui de patre & socero meo.

Idem Attico: Postea Messala de Pompeio quesuit.

Eidem: De Antiocho scire poteris.

Eidem: Neq; facturus quicquàm, nisi de meo consilio.

Idem de Diuinatiōe: Et eum admiratum quæsisse de Deo, quod nam illud esset tale monstrum? & Deum respondisse, Vastitatem esse Italiae.

Idem in Academicis questionibus: Nisi de uia fessus esset.

p Idem de

Idem de diuina. Et redemptor, qui columnam illam de Corta, & de Torquato conduxerat faciendam, non inertia, aut inopia tardior fuit.

Idem in Verrem: Cum consilio causam Mamertinorum cognoscit, & de consilij sententia Mamertinis se frumentum non imperare pronunciat.

Ibidem: At de consilij sententia præclarum recitari consilium iudices audistis.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: In dominos quæri de seruis iniquum est.

Idem pro L. Flacco: Fundum Cirneum Romæ mercatus est de Pupillo Metulonio.

Idem in Bruto: Tum ego audiui equidem ista inquam de maioribus natu.

In partiõibus oratorijs: Qui cū in dominos de seruis quæri nolissent, tamen de incestu, & coniuratione, quæ facta me consule est, quærendum putauerunt

Cic. pro L. Cornelio Balbo: Audiui hoc de parente meo.

Idē Caio Fabio Gallo: Quæsiui de mea Tullia quid egisset.

Idem Q. fratri: Efficiam, quod sæpe uiatoribus cum properant euenit, ut si serius quàm uoluerint forte surrexerint, properando etiam citius, quàm si de nocte uigilassent perueniunt quo uelint.

Cæsar in commen. Cum de tertia uigilia Petreius & Afranius castra mouissent.

Idem Oppio, ac Cornelio Balbo: Misit ad me Gn. Magium de pace.

Idem in commen. De tertia uigilia cum legionibus tribus è castris



castris profectus, ad eam partem peruenit.

Ibidem: Ad Cæsarem de pace miserunt.

Ibidem: De media nocte missus equitatus.

Horatius: Ut iugulēt homines surgunt de nocte latrones.

Ouidius de Ponto: Terrāq; de fructu q̄ sit amara docet.

Ibidem: Quæ proprium mixto de sale pondus habet.

Idē ad Corinnam: Hei mihi de monitis torqueor ipse meis.

T. Liuius ab urbe condita: Quæro de te, arbitreris ne.

Papinianus ad Senatuscō. Trebel. lege: Hæredes: Peto de te  
uxor charissima.

¶ EX.

Cicero Attico: Quæsiuit ex eo, placeret ne iudices à Præto-  
re legi?

Ibidem: Cum autem ex eo quæreret quid uideret.

Idem de Diuina. C. Marium cum fascibus laureatis quære  
re, quid tristis esses?

¶ DICERE testimonium, & testimonia.

**Q**uam pulchrum est bone deus hoc quoq; dicendi ge-  
nus, quod ex uno, eodemq; thesauro bonorum auto-  
rum nuper etui, à paucis (ut arbitror) consyderatum, cum  
optima quæq; sine attentione prætereuntur. Dicere enim  
testimoniū, uiri illi clarissimi proferri solebant eo modo lo-  
quendi, quo aut testificari, aut probare etiam dici ceptū est.

Cicero de Oratore: Num igitur placet cum de eloquentia  
præcipias aliquid etiam de testimonijs dicendis, quasi in  
arte trade?

Idem ad Quintum fratrem: Cum testimonium secū dum fi-  
dem & religionem grauiissime dixissem.

p 2 Idem

- Idem pro Sylla: Cur dixisti testimonium in alios?
- Ibidem: Qui in illum testimonia grauiā dixerunt.
- In eadem oratione: Qui testimonium de coniuratione dixi.
- In Verrem: Qui priore actione ita testimonia grauius uehementerq; dixerunt, ut Artemonem Ceturupinum legatum & publice testem, Quintus Hortensius accusatorem, non testem esse dixerit.
- In eundem: Nunq; post populi Romani nomen ab Siculis auditum & cognitum Agyrimeses contra quenq; infimū ciuem Romanū dixisse, aut fecisse quippiam, qui nunc contra prætorem populi Romani magnis iniurijs, & magno dolore publice testimonium dicere cogerentur.
- In eundem: Num expectatis dum Lucius Metellus is qui multos in istum testes imperio, & potestate decernit, idem absens, & de istius scelere, improbitate, audacia testimonium dicat?
- In eundem: Sed ornatiores tuo iudicio, ad testimonia dicenda uenerunt.
- Idem pro Cluentio: Non recito testimonia hominum honestissimorum, quæ in Stalenum sunt dicta.
- Ibidem: Falsum uē testimonium dixerit.
- Idem pro Cluentio: Neq; cognitum commemorauī, neque testimonium dixi.
- Idem pro C. Planco: Multi etiam communes inimici rerum omnium, qui ita semper testimonium de ambitu dicunt.
- Idem pro L. Flacco: Mortuus est aculeo iam dimisso, ac dicto testimonio.
- Ibidem: Qui autem dicit testimonium ex nostris hominibus, ut



bus, ut se ipse sustentat :

Ibidem: Ut qui ante dictum testimonium sibi temperarit.

In eūdem: Pueri autem Sisennæ, credo qui audiuisent, quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nuncq̄ erigere, neq; ab argento digitum discedere.

In eundem: Melitensis Diodorus est, qui apud uos antea testimonium dixit.

In eundem: Tamen quoniam hæc à maioribus constituta accepissent testimonium nequid dicerent.

Idem de natura deorum: Diogenes quidem Cynicus dicere solebat, Harpalum, qui temporibus illis Prædo felix habebatur, contra deos testimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu uiueret.

Scruola de testibus: Inuiti testimonium dicere nō coguntur.

Vulpianus de testamentis: lege, Quod testamento: Mulier testimonium dicere in testamento non poterit.

Gaius de testamentis: lege, Cum lege: Et eo amplius ut putant quidam, neue ipsi dicatur testimonium.

Archadius de testibus: lege, Testimoniorum: Ex his quibus nō interdicitur testimoniū, nec ulla lege à dicendo testimonio excusantur.

Calistratus eodem titu. lege, Testium: Lege Iulia de ui cauetur, ne hac lege in reum testimonium dicere ei liceret. & subdit: Qui ob testimonium dicendum, uel non dicendum, pecuniam accepisse iudicatur.

Cicero in Vatinium testem: Cum ante Lelius Nutricula seditiosorum omnium testimonium diceret.

Idem pro Marco Cælio: An grauis, sapiens, moderatusq;

uir religioſe teſtimonium dixiſſe uideatur.

Idem pro Sexto Roſcio Amerino: Teſtimonium etiam in  
Sex. Roſ. dicturus eſt.

Ibidem: Vt in minimis rebus ampliffimi homines teſtimo-  
nium de ſua re non dicerent.

Ibidem: Teſtimonium non diceret.

Aſconius Pedianus: Vltimæ teſtimonium dixerunt.

Idē: Dixerunt in eum inſeſti teſtimonia principes ciuitatis.

Idē: Quod Siculi, qui antea publice teſtimonium dixerant.

Idē: Apud antiquos & de auditiōe teſtimonium dicebatur.

Idem: Si teſtimonium aduerſus eum diceret.

T. Liuius ab urbe condita: Quod falſum aduerſus ſe teſti-  
monium dixiſſet.

Idē pro L. Cornelio Balbo: Et teſtimonium dixiſſet publice.

¶ DICERE cauſam.

**D**icere cauſam, dicere diem, dicere ius, dicere ſententiam,  
dicere legem, modi ſunt dicendi diuerſi, diuerſa ſignifi-  
cantes. Eſt enim dicere diem, certam diem reo conſtituere,  
» ut accuſetur. Dicere cauſam eſt, cum reus accuſationibus re  
» ſpondere cogitur. Dicere ius eſt, cum iudex iuſtitiam red-  
» dit uel miniſtrat. Dicere ſententiam, cum quis (ut inepte di-  
» cunt) uotum ſuum dat, uel opinionem ſuam dicit. Dicere  
legem eſt, quod præfigere, præſcribere quid opus ſit facto.  
Plau. in Menech. Apud ediles prælijs factis plurimis, peſſi-  
miſq; dixi cauſam.

Terentius in Adelphis: Aduerſum ne illam cauſam dicerē,  
cui ueneram aduocatus.

Cicero pro Sex. Roſcio Amerino: Ea nos hoc tempore uti-  
mur



mur, qui causam dicimus.

Ibidē: Causam dicit is, qui unus relictus ex illorum nefaria cæde restat.

Idem in Verrem: Fuit nundinatio aliqua, & isti nō noua ne causam diceret.

Ibidem: Quis non pertimescat causam dicere dominos?

Ibidem: Causa dicta, damnati sunt.

Cæsar in commentarijs: Orgerorigem ex uinculis causam dicere coegerunt. & subdit: Die constituta causæ dictionis.

Titus Liuius ab urbe cōdita: Virgo Vestalis de incesto causam dixit.

Ibidem: Semel causam dixit.

Idem de bello Macedonico: Scipio iussus dicere causam, orationem magnificam de rebus ab se gestis exorsus est.

¶ INDICTA causa.

Cicero in Verrem: Indicta causa in uincla coniecit feruos.

¶ DICERE diem.

Plautus in Asinaria: Quem uideam æque esse moestum, ut quasi dies si dicta sit.

Idem in captiuis: His diem dicam, irrogabo mulctam.

Cicero pro Milone: Diem mihi credo dixerat, mulctam irrogat.

Titus Liuius ab urbe condita: Cesonii capitis diem dicit.

Ibidem: Accusatorem primum Virginium, & Appiū reum deligunt, cum diem Appio Virginio dixisset. Appius stipatus patritijs iuuenibus in forum descendit.

Ibidem: Rei capitalis diem Posthumio dixerunt.

Ibidem: Rei capitalis diem dicere.

Idem

Idem de bello Maced. P. Scipioni Africano duo Q. Petilij  
diem dixerunt.

Cicero pro T. Annio Milone: Diē mihi credo dixerat, mul-  
ctam irrogarat actionem perduellionis intenderat.

¶ DICERE Ius.

Cicero in Verrem: Audistis ob ius dicendum Q. Varium  
dicere procuratores suos isti centum & triginta milia num-  
mūm dedisse?

Idē de prouincijs Cōsularibus: Emisti grādi pecunia, ut tibi  
de pecunijs creditis dicere liceret ius in liberos populos. &  
subdit: Id emptū ita uēdidisti, ut aut ius nō diceres, aut bo-  
nos ciues Romanos euerteres. & subdit: Perseuerauit ius  
publicano non dicere.

Ibidem: Non offendebantur homines in eo, neque moleste  
ferebant abesse à foro magistratum, non ius dici, non iudi-  
cia fieri.

Ibidem: Isti pecuniam ob ius dicendum dedisse.

Plautus in Menechmis: Iuris ubi dicitur dies, simul patro-  
nis dicitur.

T. Liuius ab urbe cōdita: Aut ius de pecunia credita diceret.

Idem pro Lucio Flacco: Qui anno ante Romæ ius dixerat.

¶ DICERE sententiam.

Cicero in Verrem: Mos est Syracusis, ut si qua de re ad se-  
natum referatur, dicat sententiam qui uelit, nominatim ne-  
mo rogatur.

Ibidem: Vt quisq; atate, & honore antecedeat, ita senten-  
tiam dixit ex ordine. & subdit: Cum surgeret nemo, neque  
sententiam diceret.

Idem



Idem ad Atticum: Nocet interdum Reipub. Cato, dicit em̄  
tanq̄ in Platonis Rep. non tanq̄ in Romuli fece sentētiā.  
Idē in Philippica quarta: Vt sententiæ de summa Reipubli-  
cæ libere dici possint.

Ibidē: Me consule sententiæ salutare dictæ sunt, quibus ad  
hanc diem uiximus.

Idem in Philippica xiiiij. Qui hoc loco sententias dicimus.  
Cælius Ciceroni: Consulem designatum primum sententi-  
am dicentem.

¶ DICERE legem.

Horatius: Prudens emisisti uitiosum, dicta tibi lex est.

¶ DVCERE sortem, uitam, spiritum.

**D**Vcere sortem, uitam, spiritum. *sorti. uiuē. spirare.*  
Cicero in Verrem: Sors ducitur, Quamobrem? Nemo  
erat uoluntarius laudator præturæ tuæ.

Vergilius: Stat ductis fortibus urna.

Cicero pro lege Manilia: Cum uestros portus, atq; eos por-  
tus, quibus uitam, & spiritum ducitis, in Prædonum fuisse  
potestatem sciatis.

¶ DARE uitio, crimini, Vertere uitio.

**D**ARE uitio, uertere uitio, dare crimini, id est, quod corru-  
ptissime dicitur inculpare.

Plautus in Epidico: Quis erit, qui id uertat uitio?

Idem in Milite: Ne quis tibi hoc hodie uitio uertat.

Terentius in Andria: Nūc quam rem uitio dent, quæso ani-  
maduertite.

Cicero in Bruto: Quin etiam memini cum in accusatiōe sua  
Q. Gallio crimini dedisset, sibi eum uenenum parauisse.

¶ Dare

## ¶ DARE pignori.

**D**ARE pignori, idem est, quod oppignorare. Sed hic etiã modus dicendi obseruandus est.

Plautus in Mostellaria: Heri xl. etiã dedit hucusq; pignori.

## ¶ DICET aliquis. Roget aliquis.

**D**ICET aliquis, Roget aliquis, modus est dicendi, quo inepte dicunt, Forte aliquis mihi dicat, uel Si quis me roget.

Cicero in Paradoxis: Quid est igitur, quæret aliquis bonũ?

## ¶ DEICERE oculos.

**D**EICERE oculos, celeritatem aliquando significat, aliquãdo præ pudore submittere.

Cicero in Verrem: Si tantulum oculos deiecerimus præsto esse infidias.

## ¶ DEPONENTIA passiuã.

**N**EC est prætermittendum, esse apud perfectos illos auctores Deponentia nonnulla, quæ in Participijs plerunque passiuè ponantur, quorum uel pauca collegi de multis, ut palàm sit nullam aliam esse Grammaticam, quàm modum loquendi, quem aut obseruare, & imitari necesse sit eum, qui Latinus dici cupit, aut si id neglexerit in sua barbarie contabescere.

Cicero Attico: Sed ea omnia mihi sunt patienda.

Eidem: Te etiam, atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias.

Idem pro M. Cælio: Magnum crimẽ, uel in legatis insidianis, uel in seruis ad hospitem domi necandũ sollicitandis.

Idem pro Cornelio Balbo: Huius uirtus præsens experta,  
atq;



atque perfecta obtrectatorum uoce ledetur.

Ibidem: Quidam de communi conditione omnium nostrum deprecandæ maliuolentiæ causa breuiter commemorandum uidetur.

Ibidem: Veruntamen uigilijs nocturnis, & concione hominum institutum illud conceptum, atq; mediatum est.

In Antonium: De laude silebo, quæ gratissima memoria omnium ciuium inclusa nõdũ autoritate publica testata est.

Idẽ de senectute: Agro bene culto, nihil potest esse usu uberius, specie ornatus, ad quem fruendum nõ modo non retardat, uerum etiam inuitat, atq; allecat senectus.

Idem in Paradoxis: An quisq; in potiundis uoluptatibus gloria se, & prædicatione effert?

Plautus in Bacchidibus: Consolandus mihi hic est.

Cicero Attico: Illud inest tamen commodi, quod & mihi, & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua uoluntas.

Horatius: Oblitusq; meorum, obliuiscendus & illis.

¶ **DUM** particula, cum Expecto constructa.

**P**articula Dum, coniungitur ab perfectis illis autoribus cum uerbo expecto, mira cum elegantia, & pari prope modũ concordia, ut facile sit considerantibus iudicare unũ illis, atq; eundem fuisse dicendi modum.

*Expecto dum.*

Plautus in Pseudolo: Ne expectetis dum redeam.

Idem in Casina: Ne expectetis dum illi ad eos exeant.

Terentius in Andria: Ego ne expectatis dum exeat huc?

Idem in Eunucho: Concedam hinc intro, atque expectabo dum ueniat.

Cicero Lucio Luceio: Sed ad properationem meam quidem interest non te expectare dum ad locum uenias.

Idem Bruto: Quod scribis te in Italia moraturum, dum tibi literæ meæ ueniant, si per hostem licet.

Eidem: De sororis autem tuæ filijs non expectaui Brute dū scriberes.

Idem Gn. Pompeio: Non expectaui dum mihi à te literæ redderentur.

Idem Attico: Ego in arcano operior dum ista cognosco.

Ibidem: Expecta amabo te dum Atticum conueniam.

Ibidem: De Aufidio & Palicano non puto te expectare dū scribam.

Idem in Piso. An ego expectem dum de te quinque & lxx. tabellæ diripiuntur.

Idem in Verrem: Quid expectas, an dū ab inferis ille Malcolus exurgat?

In eundem: Nolite expectare dum omnes obeam oratione mea ciuitates.

Idem in Philippicis: Num expectas dum te stimulis foediā?

Vergilius: Quid moror, an mea Pygmalion dum mania frater Destruat?

Vatinius Ciceroni: Si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiatur.

Cælius eidem: Saltem dū quid de Hispanijs scitur expecta.

Plancus eidem: Sciebam enim, & cautius erat consilium expectare me ad Isaram, dum Brutus traiceret exercitum.

Brutus eidem: Ego tibi ut antea scripsi, dum mihi à te literæ ueniant in Italia morabor.

Idem



Idem eidem: Noli expectare dum tibi gratias agam.

T. Livi<sup>us</sup> ab urbe condita: Expectare dum Consul, aut Dictator fiat.

Ibidem: Nec expectent dum à Roma legati ueniant.

Ibidem: Moratus dum milites ad prædam discurrent.

Ibidem: Moratus dum imperatores consuleret.

Ibidem: Expectantes dum ab hostibus clamor inciperet.

Idem de bello Punico: Paucos morati dies dū focij ueniret.

Idem ab urbe condita: Nolite expectare dum fugiant.

Ibidem: Expectate dum uobis obuiæ ueniant.

Idem de bello Macedo. Paucos moratus dies dum se copiarum assequerentur.

¶ DIMINVERE. *to vovryuen. to brachon.*

**D**iminuere caput, fores, postes, modo loquendi illorum ueterum est frangere: qui modus memoriæ mandandus est ei, qui bonæ Latinitatis caput diminuere non uult.

Plautus in Menechmis: Illi homini diminuam caput.

Idem in Bacchidibus: Nisi mauelis postes diminui securibus.

¶ CAPITIS diminutio apud Iuriconsultos.

Sed alia est Capitis diminutio apud Iuriscōsultos, Est enim prioris status immutatio, ut testatur Caius eo titulo, lege prima. Antiqui tamen oratores de capite diminuere, & de capite demere dicebant.

Cicero in Verrem: Vnum hoc aliud Senatusconsultum reprehensum, secretumq; est, ut quibus ille de capite dempsisset, ne pecunias in ærarium referrent.

Ibidem: Hoc nomine uidistis tritici modios de capite esse demptos.

q 3 Ibidem

Ibidem: Demit de capite Medinna. DC.

Ibidem: Coguntur Afrioni, id est, Pippæ, dare tantū, quantum erat de capite demptum.

Idem in Topicis: Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt, non est satis. & subdit: Quorum maiorum nemo seruitutem seruiuit. Abest etiam nunc, qui capite non sunt diminuti, hoc fortasse satis est.

Cæsar in comment. Illud quod deditione ducis, & capitis diminutione sublatum est.

T. Liuius de bello Punico: Sero nunc desyderatis diminuti capite, abalienati iure ciuium.

¶ DEDVCERE.

**D**educere, nota sunt huius uerbi uaria significata, quæ & à multis notata diligēter fuere: sed locus Ciceronis admonet, ut nos quoq; de eo aliquid dicamus: Cum Deducere inter cætera significet sponsam, uel amicā domū perducere, & itē significet de summa demere, uel detrahere, Cicero, qui facetijs scatebat, & dictis, cū mater M. Bruti Seruilia Iuniam Tertiam filiam, eādēq; C. Cassij uxore ad Cæsare, qui Mœchus caluus ob adulteriū dicebatur, deduxisset, ea deēq; Seruilia paulopost ab Cæsare præciosum are paruo fundū emisset: Cæsaris libidinē cauillat<sup>9</sup> circa uerbū Deduco, dicto peracuto proscidit. Equidē, inquit, quo melius emptū sciatis, cōparauit Seruilia hūc fundū, Tertia deducta.

3 ¶ INTERDVM Deduco significat comitari, siue domum perducere.

Terentius in Andria: Hic nunc non dubitat, quin sed deducturum neges.

Quidijs



Ouidius de Ponto: At cū Tarpeias esse deductus in arces.

Horatius: Occurrā in triuijs, deducam, nil sine magno  
Vita labore dedit mortalibus.

Tibullus: Tempus erit cum me Veneris praecepta ferentē:  
Deducat Iuuenum sedula turba senem.

T. Liuius de bello Pu. Dictator se magistratu abdicauit, pri  
uatusq; de rostris descendit, turbæq; se immiscuit, ne dedu  
cendi sui causa populum de foro abduceret.

Ibidem: Tamen frequentes deduxerunt domum.

4 ¶ QVANDOQVE id uerbū significat de ratione, uel sum  
ma aliquid demere ( ut diximus ) siue detrahere.

Cicero de officijs: Hæc igitur talia circumspectenda sunt in  
omni officio, & consuetudo, exercitatioq; capienda, ut bo  
ni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo, de  
ducendóq; uidere, quæ reliqui summa fuit, ex quo quantū  
tuiq; debeat intelligas.

Africa. de Iure dotium: lege, Pater: Deducta parte tertia, reli  
qua sibi dos reddatur.

Idē eodē ti. Vno pluribusue filijs superstitib<sup>9</sup> deducta parte.

5 ¶ QVANDOQVE Deducere, ut diximus, significat spon  
sam ad maritum, uel amicam ad amantem perducere.

Cic. in Ver. actione iiii. Hic est Decimus, ad quem iste dedu  
xerat Tertiam Isidori Mimi filiam, ui abductam ab Rho  
dio tibicine huius Tertiae plus etiam q̄ Pippæ, plus q̄ cæ  
terarum, ac propè dicam tantum apud istum in Siciensi  
prætura autoritas ualuit, quantum in urbana Chelidonis.

Ouidius de Fastis:

Cum primum Cupido Venus est deducta marito.

Terentius

Terentius in Ecyra: Ut ad pauca redeam, uxorem deducit domum.

Tibullus: Ut iuueni primum uirgo deducta marito.

¶ Hoc quoq; considerandum est, Tertia filia cum dicitur, nomen propriū, nō numeri esse, nam id frequēs reperitur.

Cicero in Verrem actione quinta: Huc Tertia illa perducta per dolum atq; insidias à Rhodio Tibicine. & subdit: Sic hanc Tertiam dilexit, ut eam secū ex prouincia exportaret.

Ibidem actione sexta: Sed eo ipso tempore cum esset in litore Tertia illa tua, quam tecum deportabas, erat in omnium conspectu.

Asco. Pedia. Nam Tertiam Scæuolæ filiā dimissam à Pompeio in matrimonium duxerat.

Vulpianus de conditio. lege, Hæc conditio: In domum mariti deducta est.

Scæuola de donatio. lege, Seia Sempronio cum certa die nuptura esset, anteq; domum deduceretur, tabulæq; dotis signarentur, donauit tot aureos.

Papinianus de Iure dotium: lege, Dotis: Nam si minor annis duodecim, ut maior deducta sit, tunc primum petetur.

♂ ¶ DEDUCERE item significat, quod redigere.

Catullus: Huc est mens deducta tua, mea Lesbica cura.

7 ¶ POSTREMO omissis cæteris, in alio significato Deducere significat Auocare, & à proposito remouere.

Cic. in Cati. Si impendens patriæ periculum, me necessario de hac animi lenitate deduxerit.

Idem Terentia: Neq; legis improbilissimæ pœna deductus est, quo minus hospicij, & amicitia ius, officijq; præstaret.

Deferre



## DEFERRE.

**D**Eferre nomen nō est proprie accusare, sed ante accusa-  
tionē apud iudicem, uel magistratum aliquem de ali-  
quo crimine denunciare, unde Delator dictus est, ut clare  
infra ostendetur. anbzügen

Cicero in Verrem: Serui cuiusdam nomen defertur, is accu-  
satur, ficti testes in eum dantur, rem cunctus senatus Cati-  
nensium iudicat.

Terentius de bonis possessis: lege, Eum patronum: Qui no-  
men detulit accusasse intelligēdus est, nisi abolitionē petat.

Plautus in Aulularia: Ad tres uiros ego deferam tuū nomē.

Cicero pro Cluen. Atq; ut intelligatis Cluentium non accu-  
satorio animo, non ostentatione aliqua, aut gloria addu-  
ctum: sed nefarijs insidijs proposito ante oculos uitæ peri-  
culo, nomen Opianici detulisse, paulo longius exordium  
causa rei demonstrandæ petam.

Idem in Verrem: Ego sic intelligo iudices cum de pecunijs  
repetundis nomen cuiuspiam deferatur.

Ibidem: Nomen hominis audacissimi detuli.

Idem pro M. Cælio: Nisi iterum eadem de re suo familiari  
absoluto nomen hic detulisset.

Idem pro Cluentio: Et clarissima uoce se nomen Opianici,  
si interfectum Marcum Aurium comperisset, delaturum  
esse testatur.

Ibidem: Nam Cluentius iudices primū nomen eius detulit.

Idem Quinto Ciceroni: Paulus noster cum testis productus  
esset, in Sextium confirmauit se nomen Vatinij delaturū.

Idem in Verrem: Eiusdem rei nomen detulerunt.

r Ibidem

Ibidem: Ait, si liceret nomen absentis deferre se uelle.

Ibidem: Nuper cū in Publium Gabinium uir fortissimus, & innocētissimus, Lutius Piso delationē nominis postularet.

Cicero pro domo sua: Nomen Sexti Pompeij detulit.

Idem pro Sex. Roscio Amerino: Qui Sex. Ros. nomen deferendum curauit.

Idem pro L. Murena: Dixi in senatu me nomen Consularis candidati delaturum.

¶ DESCRIBERE, Exscribere.

**D**Escribere quid significet omnes norunt, neq; enim nos manifesta, ac in propatulo posita uano labore tentamus, sed latentia, & minus uulgaria, quæ pauci curauere, in lucem proferimus, ut hac nostra industria non inanem ostentationem, uerum aliquam literariæ Reipub. utilitatem quæsisse uideamur. Est enim alio dicendi modo describere, & exscribere, id quod ineptissime, ac barbare potius uulgo copiare dicitur, uel transumere, aut trāscribere, no uis & inusitatis uerbis, quæ, qui imitantur Latinitate omni penitus indigni sunt.

Cicero Cornificio: Dicam tuis, ut eū librū si uelint describāt.

Idem Attico: Quem librum ad te mittam, si descripserint librarij.

Eidem: Poëta ineptus, & tamen scit nihil, sed est non inutilis, describo, & remitto.

Eidem: Dicta eius, & conciones describunt.

Eidem: Epistolam meam, quod promulgatā scribis esse, nō fero moleste, quin etiam ipse multis dedi describendam.

Ad eundem: Varroni quidem, quæ scripsi te autore, ita pro  
pero



pero mittere, ut iam Romam miserim describenda. & subdit: Scripsi enim ad librarios, ut fieret tuis si tu uelles describendi potestas.

**Idē in Verrem:** Quasi exscribendi potestatem non haberet. **Idem in Antonium:** Literas tibi ille mittat de sua spe rerum secundarum suarum tu eas letus proferas, recites, describendas etiam des improbis ciuibus.

**In Verrē:** Tabulas in foro summa hominū frequētia exscribo, adhibentur in exscribendo de conuentu uiri primarij.

**Idē in Academicis quæstiōibus:** Qui se illa audiuisse Romæ de Philōe, & ab eo ipso illos duos libros dicerēt descripsisse.

**T. Liui<sup>9</sup> ab urbe con.** Iussi inelytas Solonis leges describere.

**Paulus:** Quemadmodum testamenta &c. lege, Omnibus: Quicunq; dederant tabulas testamenti inspiciere, uel etiam describere, inspiciendi, describendiq; potestatem facturum se prætor pollicetur.

**Vulpianus eodem titulo: lege, Tabularum:** Diem autem, & consulē Tabularum nō patitur prætor describi, uel inspicere, idcirco nequid etiam fiat falsi.

¶ **DISCEDERE, Recedere à conditione.**

**D**iscedere, Recedere à conditione, à persona, à statu, est, quod immutare conditionem, personam, statum.

**Cicero de officijs:** Hostis, quem nunc peregrinum dicimus, quanq; id nomen durius efficit, iam uetustas à peregrino enim iam recessit.

**Modestinus de usufructu: lege, Titio:** Ususfructus inutiliter legari intelligitur in id tempus uidelicet collatus, quo à persona sua discedere incipit.

¶ DARE bibere. Miscere.

**N**on multi (ut reor) aduerterunt, quo nam modo proprie, atq; uno uerbo latine dicatur Dare bibere, uel da re potum, quod Grecanico uerbo aliqui improprie Propinare dicunt, cum Propinare proprie præbibere sit, uel prægustare, & id uerbum diuersis modis quãdoq; proferatur. Sed nos cum Latine loqui curamus, Latina potius adducimus. Miscere igitur præter alia significata uno uerbo id est quod duobus uerbis dicitur, Dare bibere, utrumq; tamen elegans.

Terentius in Andria: Post deinde quod iussi, ei date bibere.  
Cato de Re rustica: Bis in die id faciet, meridie bibere dato.  
Cicero de finibus bonorum & malorum: Dico ergo in eadẽ uoluptate eum qui alteri misceat mulsum, ipse non sitiens, & eum qui illud sitiens bibat.

Ouidius in Metamorphosi:

Arripit Iliaden, qui nunc quoq; pocula miscet:  
Inuitaq; Ioui nectar Iunone ministrat.

¶ DIFFERTVM, Confertum, Refertum.

**D**iffertum & confertum inter se differunt: Nam differtũ id est quod refertum, utrumq; enim plenum significat. Confertum uero id est, quod densum. Sed confertum & refertum à suis uerbis Refercio & Confercio descendere comperi. Differti autem uerbum non comperi.

Cicero pro P. Sextio: Meministis tum iudices corporibus ciuium Tyberim repleti, cloacas refeciri.

Varro de Re rustica: Quo facto non modo nõ desistunt pugna, sed etiam confercunt se lingentes.

¶ Differtum



## ¶ DIFFERTVM.

Hora. in sermo. Inde forum Appi, Differtū nautis cauponibus, atq; malignis.

Idem in epistola: Differtum transire forum, populūque iubebat.

¶ CONFERTVM, Confertissimū, & Confertim aduerbiū.

Cæsar in commen. Vt nunq̄ conferti, sed rari, magnisq; interuallis præliarentur.

Ibidem: Neq; à tanta multitudine coniecta tela conferti uisitare poterant.

T. Liuius de bello Punico: Alij ad exitus theatri conferti obfistunt.

Idem ab urbe condita: In confertos uehientes euntem ferox uiribus transfigit.

Idē de bello Punico: Cæteros cōfertos in media ualle recipit.

Ibidem: Deinde rari in confertos illati.

Idem de bello Macedonico: Turba conferta iter clausit.

## ¶ CONFERTISSIMVM.

Cæsar in comment. Qua parte hostium confertissima uisa est, erupit.

T. Liuius ab urbe condita: In confertissima turba prope regium Tribunal constitit.

Ibidem: Eò se in turbam confertissimam recipit.

Idem de bello Punico: Per confertissimam hostium turbam impetum facit.

## ¶ REFERTVM.

T. Liuius de bello Punico: In agrum Picenum auertit iter refertum præda.

☞ CONFERTIM aduerbium.

T. Lilius ab urbe condita: Cum confertim Romani, ut solent, densatis excepissent scutis.

Idē de bello Punico: Quo acrius & confertim magis utrinque pugnabatur.

Idem de bello Macedonico: Confertim pugnant & cædunt.

☞ DARE negotium.

**D**ARE negotium, id est, quod multi inepte dicunt, Committere, modus est loquendi felicissimi illius temporis, memoriæ cum alijs mandandus.

Cicero in Verrem: Dat amico suo cuidam negotium, qui tū magister erat eius societatis ut diligenter caueret.

Salustius in Catilina: Igitur P. Umbreno cuidam negotiū dat, uti legatos Allobrogum requirat.

Lentulus Ciceroni: Permissum est ijs, ut dum ipsi uenirent, darent negotium qui Asiam obtineant.

Idem Rufo: Non habui cui potius id negotij darem, quæ tibi.

☞ DARE pœnas. *pœnitentiæ facere. luere.*

**D**ARE pœnas, id est, quod uulgo dicunt, Fecit pœnitentiā: sed hic modus loquendi obseruandus est.

Vergilius: Dabis improbe pœnas.

Lentulus Ciceroni: Spero celeriter eum pœnas daturum.

☞ DARE auribus.

**D**ARE auribus, hoc est, assentari, blandiri.

Trebonius Ciceroni: Noli putare mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.

☞ DARE se in pedes, Dare se in uiam.

**D**ARE se in pedes, dare se in uiam, modus est loquendi illorum

rum



rum ueterum, hoc est, pedibus fugam agere, & ad iter se parare. Posterius hunc quoque modum, ut plerumque deprauarunt. Plautus in captiuis: Me ne uis dem ipse in pedes?

Terentius in Eunuchis: Ego me in pedes, quantum queo, in Angiportum quendam desertum indo.

Cicero Terentia: In uiam quod te des hoc tempore, nihil est.

¶ DII faciant. *got gife*

**D**II faciant, optantis est, & hic modus loquendi perquam elegans est, significatque id, quod utinam.

Cicero in Verrem: Dii faciant ut rei militaris, ut belli mentionem facere audeas.

¶ DII meliora. *got beere*

**D**II meliora, modus optandi imperfecto sermone, sed modus loquendi ita obtinuit.

T. Li. de bello Macedonico: Perturbata dii meliora inquit.

¶ DE meliore nota commenda.

**D**E meliore nota commenda, modus dicendi illius eruditissimi saeculi.

M. Curius Ciceroni: Sulpitio successori nos de meliore nota commenda.

Catullus: Quisquis de meliore nota.

¶ DISSIMVLARE. *nyt willeu istaen*

**D**ISSIMVLARE, inter caetera est fingere, non intelligere quae dicuntur, uel aguntur.

Cicero Attico: Itaque mei ipsum commouerat, sic absurde & aspere uerbis, uultuque responderat, dissimulaui dolens.

¶ CAEDIFICARE nauem.

**A**EDIFICARE nauem ferè absurdum, aut nouum multorum auribus

auribus uidentur: est tamen dicendi modus apud ueteres usitatissimus.

Plautus in Mercatore: Aedificat nauem gerariam & merces emit.

Cicero in Verrem: Nauem uero maximam triremis instar pulcherrimam, atq; ornatissimam palam aedificatam sumptu publico sciente Sicilia per magistratū, senatumq; Marmertinum tibi datam, donatamq; esse dico.

Ibidem: Legati principes, & publice tibi nauē aedificatam, & priuatim seipfos abs te spoliatos, expilatosq; esse dixerūt.

Ibidem: Qui nauis istius aedificandae publice praefuit.

Ibidem: Nauē deniq; maximā, quam onustam furtis in Italiam mitteret apud istos faciendā, aedificandamq; curauit.

Eidem: Aedificauerint ne nauem onerariam.

Eidem: De tua pecunia constare aedificatam esse eam nauem.

Idem pro lege Mani. Qui posteaq; maximas aedificasset, ornassetq; classes.

Caesar in comment. Imperat quos legionibus praefecerat, uti quam plurimas possent naues aedificandas, ueteresq; reficiendas curent.

#### ES & ADES.

**E**S, & **Ades**, indicatiuum & imperatiuum est, sed imperandi modo ab antiquis uoce es frequentius, q̄ sis dicitur, quod iam in desuetudinem per negligentiam uenit.

Terentius in Andria: Ades dum paucis te uolo.

Idem in Adelphis: Modo bono animo es, duces uxore hanc respondetur, bono animo es inquis?

Cicero in somnio Scipionis: Quem ut agnoui, corruui, sed ille  
ades



ades, inquit, animo, & omitte timorem.

Vergilius: Huc ades o Galathea.

Horatius: Si me amas, inquit, paulum huc ades.

¶ EXTRA iocum.

**E**Xtra iocum dicebatur à ueteribus, cum quid serio, non ioco dicere se uelle dicebant, modus est dicendi pulcherrimus.

Cic. Trebatius: Sed me herde extra iocum, homo bellus est.

Idem Caio Volūnio: Sed me herde extra iocum ualde mihi tuæ literæ faceræ, elegantēsq; uisæ sunt.

Idem Peto: Sed me herde mi Pete extra iocum moneo te.

¶ EXACTA.

**E**Xacta dicebantur perfecta.

Horatius: Sed emendata uideri, Pulchrâq; & exactis nimium distantia miror.

¶ ESSE curæ, uoluptati, sollicitudini.

**E**sse curæ, esse uoluptati, esse sollicitudini, esse solatio, esse letitiæ, esse impedimento, esse lucro, esse damno, esse sumptui, esse saluti, esse usui, esse honori, & huiusmodi loquendi modi, maximam orationi afferunt elegantiam.

Plautus in Cistellaria: Multisq; damno, & mihi lucro sine sumptu eris.

Ibidem: Quæ neq; illi quicq; usui fuit.

Varro de Re rust. Ut domino sint fructui, ac delectationi.

Cicero in Bruto: Istum ipsum quidem inquam Brute dico librum mihi saluti fuisse.

Ibidem: Quod tibi aut nouum, aut tanto usui posset esse?

Idem Senatui, populôque Romano: Quod mihi maximum  
s me letitiæ

me letitiæ fuit.

Idem Catoni: Mihi ut in huiusmodi re tanto bello maxime curæ est.

Idem Tironi: Magnæ nobis est sollicitudini. ualitudo tua.

Eidem: Cupiditas cæterorum hominum impedimento mihi fuit.

Idem pro L. Cornelio Balbo: Et magno usui nostræ Reipublicæ fuissent.

Vergilius: Non erit auxilio nobis Etholus & Arpi:  
At Mesappus erit.

**EMITTE** subsidio, uenire auxilio, relinquere præsidio.

*ferre suppetias*

**M**ittere subsidio, uenire auxilio, & relinquere præsidio, obseruandū maxime est, elegantiā non parua in signe. Cæsar in commentarijs: Legiones, quas præsidio nostris miserat. & paulo post: Quos tibi subsidio reliquerat.

**EXCLUDI** tempore, aut temporis spatijs.

**E**xclusum tempore, aut temporis spatijs, id quod nos nouum modum introducentes dicimus impeditum, ueteres illi uno, eodemq; modo dixere, quod pauci hætenus (ut arbitror) obseruauerūt.

Cicero in Verrem: Angustijs temporis <sup>impediuntur</sup> excluduntur omnes.

Idem Attico: Quæ enim soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur.

Idem in Verrem: Hi postquàm temporibus exclusi, per se natum agere quæ uoluerunt, non potuerunt.

Idem de Oratore: Aut temporibus exclusi, aut uoluntate sua feriat.

Idem in Vatinius testem: Ut exclusus miser puncto temporis



poris spoliaretur beneficio, & æquitate legis.

Cæsar in commentarijs: Ne anni tempore nauigatione excluderentur.

Ibidem: Tempore exclusus non uenit.

Ibidem: Exclusus diei tempore in posterum oppugnationem differet.

Vergilius: Spatijs exclusus iniquis.

Pomponius de edilitio edicto: lege, Si tamen: Non nocebit emptori, si sex mensium exceptione redhibitoria exclusus uelit intra annum estimatoria agere.

Papinianus ad Senatuscō. Turpilianū: lege, Quærebatur an ij, qui ab accusatiōe tempore exclusi essent, in Senatuscon.

Turpilianum inciderent: & subdit: Qui præscriptione temporis exclusi causam adulteri perferre non potuerunt.

Idem de Decurionibus: lege, Spurij: Si præscriptione temporis exclusus fuerit, non tenebitur.

Paulus de inofficioso testamento: lege, Si proponas, idemq; erit si tempore exclusus sit.

Iulianus de bonis libertorum: lege, Si libertus: Si nō petierit bonorum possessionē, tempore exclusus uel repudiauerit.

**Q**uid sit ex sententia, & ex animi sententia, ex animo, tri-  
to ferè dicendi modo in promptu est, idēq; significat,  
quod ex uoluntate, ex desyderio, ex iudicio. Sed aliqui no-  
ue & inepte (omissa eiusmodi elegantia) ad uotum dicūt.

Præter sententiam autem id est, quod contra uoluntatem  
uel opinionem, uel desyderium.

¶ EX sententia. *ex uoluntate.*

Plautus in captiuis: Si reueniam huc ex sententia.

s 2 Idem

Idem in Mercatore: Nocte hac quieui non satis ex sentētia.  
Terentius in Ecyra: Spero hanc rem euenturam nobis ex  
sententia.

Cicero Furuius: Si non ista ex sententia essent confecta.

Idē de officijs: Nō enim falsum iurare peierare est, sed quod  
ex animi tui sententia iuraris.

Salustius in Iugur. Nam me quidem ex animi sentētia nul/  
la oratio lædere potest.

Idem in Academi. quæstio. Conscendens nauem sapiens,  
num comprehensum animo habet, atq; perceptū se ex sen/  
tentia nauigaturum?

Idem de natura Deorum: Multa oraculis declarantur, mul/  
ta uaticinationibus, multa somnijs, multa portētis, quibus  
cognitis, multæ sæpe res ex hominum sententia, atq; utili/  
tate partæ, multa etiam pericula depulsa sunt.

¶ DE sententia. *de uolūtate.*

Cicero Attico: Quid sentis igitur? Nihil nisi de senten/  
tia tua.

Eidem: Scribantq; ad Cæsarem me quicquid fecerim de sua  
sententia fecisse.

Idem in Verrem: De consilij sententia iudicaras.

Ibidem: Eos sine consilij sententia à supplicio liberauit.

Ibidem: Et de consilij sententia Mamertinis se frumentum  
non imperare pronunciat.

*contra uolūtatem*

¶ PRAETER sententiam, & aduersus animi sententiã.

Plautus in Mercatore: Omnia mihi eueniunt hodie præter  
sententiam.

Ibidem: Ut ne litiges aduersus animi sententiam.

Ex animo



¶ EX animo. *fr̄ desiderium*

Cicero in Pisonem: Equidem dicam ex animo quod sentio.

Idem Attico: Te autem alienum hominē ament ex animo?

Idem Cornificio: Huic tu libro maxime uelim ex animo, si minus gratiæ causa suffragere.

Catullus: Atq; id sincere dicat & ex animo.

¶ MEA sententia, Manere in sententia.

**M**Ea sententia, manere in sententia, de sententia deduce  
re, sententia desistere, in sententia esse, & huiusmodi ele  
gantissimi dicendi modi obseruandi præcipue sunt.

Cicero in Bruto: Quē uero extet, & de quo sit memoriæ pro-  
ditum eloquentē fuisse, & ita esse habitum: Primus est M.  
Cor. Cetegus, cuius eloquentiæ est autor, & idoneus qui-  
dem mea sententia, Q. Ennius.

Idem Attico: Planè hoc mihi explices uelim, in primis ma-  
neas ne in sententia, ut mittam ad eum quæ scripsi, an nihil  
neesse putes.

Eidē: Quid enim nostri optimates (si qui reliqui sunt) loquē-  
tur, an me aliquo præmio de sententia esse deductum?

Idem in Academicis quæstio. Cœpit hortari, ut sententia  
desisterem.

Idem Attico: Me miserum quæ omnia essent in sententia, si no-  
bis animus, si consilium, si fides eorum, quibus credidimus  
non defuisset.

**Q**uot dicendi modi, quàmue eleganter, & apposi-  
te ab hoc nomine Aetas, quasi candidissimi riuuli à  
quodā Latinitatis fonte deducuntur? quorum nonnullos  
hausi, infrâq; descripsi, ut ad manum sint imitatoribus.

ACTA ætas. *older vür by*

Plautus in Trinummo: Mihi quidem ætas acta est.

Cicero de senectute: Sed honeste acta superior ætas, fructus præbet autoritatis extremos.

EXACTA ætas. *older vür by*

Terentius in Adelphis: Nunc exacta ætate hoc fructu pro labore ab ijs fero odium.

Cicero de Oratore: Aetate exacta indigem liberũ laceraſti.  
Idem de senectute: Cum eſſet iam exacta ætate in agris, eas  
q; coleret.

Idem in Verrem: Patri exacta ætate.

Ibidem: Hoc tãtum exacta ætate laboris, itinerisq; ſuſcepit.  
T. Li. ab urbe condita: Venerabilis uiri, & exactæ iam ætate.  
Ibidem: Aetatis iam exactæ Camillus erat.

AFFECTA ætas. *plena ætas*

Cicero de Oratore: Q. Mutij ianua & ueſtibus, quod in eius infirmiſſima ualitudine, affectæque iam ætate, maxima quotidie frequentia ciuium, ac ſummorum hominum ſplendore celebratur.

SENECTA ætas.

Plautus in Trinummo: Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer.

Idem in Mercatore: Senecta ætate ſcortari ſenes.

Idem in Aulularia: Quem ſenecta ætate ludos faciat haud merito meo.

PROVECTA ætas. *oußaffen old*

Cicero in Tuſculanis: Ex ijs igitur hora octaua, quæ mortua eſt, prouecta ætate mortua eſt.

Præcipitata



¶ **PRÆCIPITATA** *æt*as. *enclap̄t older*

Marius Ciceroni: An quod adolescens præstiti cum etiam errare cum excusatione possim, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipse retexam?

¶ **ADVLTA** *æt*as. *volibassen ols*

Cicero in Verrem: Adulta ætate filius.

¶ **CONFECTVS** *æt*ate.

Vergilius: Confectum ætate parentem.

Cæsar in commentarijs: Non ætate confectis, non mulieribus, & non infantibus pepercerunt.

¶ **INGRAVESCENTE** *æt*ate.

Cicero de amicitia: Immutari etiam mores hominum sæpe dicebat, alios aduersis rebus, alios ætate ingrauescente.

¶ **INEVNT**E, & ab ineunte ætate, & adolescencia.

Cicero pro L. Cornelio Balbo: Et ab ineunte ætate, relictis suis rebus omnibus, nullius periculi expertem fuisse.

Idem pro Deiotaro: Quibus ille studijs ab ineunte ætate se imbuerat.

Idem in Vatinius testem: Atque illud tenebrosissimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere.

Idem pro lege Manilia: Ineunte adolescentia maximi ipse exercitus Imperator.

¶ **SIC** etiam dicitur, Ineunte Vere, Estate, Hyeme.

Cicero de officijs: Itaque ineunte Vere in ijs, quæ relicta sunt &c.

Ibidem: Ineunte ætate suscepit, media ætate confecit.

Idem in Anto. Cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset.

Idem

Idem de amici. Atq; earum rerum exemplum & similitudinem capiebat ineuntis ætatis.

Idem pro lege Mani. Sed meæ uitæ rationes ab ineunte ætate susceptæ prohibuerunt.

Cæsar in commentarijs: Duas legiones in citeriorem Galliã nouas conscripsit, & ineunte ætate in interiorem Galliam qui deduceret Q. Pedum legatum misit.

Idem pro rege Deiotaro: Commédationemq; ineuntis ætatis ab impietate, & à scelere duxerit?

¶ VIVERE ætatem.

Plautus in Amphitrione: Eo modo, ut profecto uiuas ætatem miser.

Cicero in Catone maiore de Nestore: Tertiam enim ætatẽ hominum uiuebat.

¶ DEGERE ætatem, & uitam.

Plautus in Cistellaria: Quia ego illum mihi unũ exoptaui, qui cum ætatem degerem.

Cicero pro P. Sylla: Vt cum Lentulo, & Catilina, & Cetego, foedissimam uitam, & miserrimam, turpissima morte proposita degeret.

Idem pro Roscio: Per se liceat innocenti amicorum opibus uitam in aegestate degere.

Ibidem: Inter feras fatius est ætatem degere.

¶ AGERE ætatem. *uiuere*

Plautus in Trinummo: Vtra in parte plus uoluptatis sit uitæ ad ætatem agendum.

Ibidem: Cuncti, qui ætatem egerunt caste, conueniant.

Idem in Milite: Vbi pulcherrimus egi ætatem, inde abeo.

Idem



Idem in Bacchidibus: Hic nostra agetur ætas.

Idem: Si non mecum ætatem egisset, hodie stulta uiueret.

Cicero Trebatio: Qui domi, aut per insidiosa loca iturus, aut ætate confectus, ætatem agerent.

Cicero in Bruto de Theophrasto: Cū percūctaretur ex ancilla quadam, quanti aliquid uenderet, & respondisset illa, Atq; addidisset hospes non potes minoris, tulisse eum moleste se non effugere hospitis speciem, cum ætatem ageret Athenis.

¶ EXIGERE ætatem. dat old gelyrhe vchbringen.

Plautus in Trinummo: Dedi meam gnatam, qua cum ætatem exigat.

Idē in Cūtellaria: Vnum amate, & ætatem cum illo exigere.

Ibidem: Tecum uiuere uult, atq; ætatem exigere.

Idem in Milite: Tecum ut ætatem exigere liceat.

¶ SIC etiam in passiuo, degitur uita, & uiuatur uita dicitur.

Cicero de finibus bonorum & malorū: Ea uita, quæ ex summo bono degitur.

Ibidē: Beatā autē uitam eam solam, quæ cū uirtute degatur.

Idem de officijs: Viuere arbitror, & eam quidem uitam, quæ est sola uita uocanda.

Idem in Verrem: Quo tutiorem uitam sese meo presidio uicturos esse arbitrarentur.

¶ EX usu.

**E**X usu esse, hoc est, quod cōducat, quod expediat, quod utile sit, modus est elegans dicendi.

Terentius in Eunuchō. Ad omnia hæc, magis oportunus, nec magis ex usu tuo nemo est.

t Idem

Idem in Heauton. Nunc ait periculum ex alijs facito, tibi quod ex usu fiet.

Plautus in Mercatore: Verum non ex usu modo est.

¶ EDORMIRE crapulam, Indormire causã,

Exhalare crapulam.

**E** Discendus & hic elegans dicendi modus, Edormire cū accusatiuo, Indormire cum datiuo: quos princeps bonarum literarum Cicero uno, eodemq; loco concludit.

Cicero in Philippicis: Edormi crapulam inquam, & exhalare an faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?

Plautus in Rudente: Ut edormiscã hãc crapulã, quã potaui.

Idem in Mostellaria: Omnemq; obdormiui crapulam.

Idem in Amphitrione: Paulisper mane dum edormiscat unum somnum.

Terentius in Adelphis: In angulum aliquò abeam, atq; obdormiscam hoc uilli.

Cicero in Verrem: Quondam etiam Aproniani cõuiuij crapulam exhalassent.

¶ EXTRAHERE <sup>differré</sup> diem, Iudicium.

**E** Xtrahere diem, extrahere iudicium, eo loquēdi modo uel iudicium trahi in longũ, aut differri significare uolebãt.

Cæsar in comment. Catonem uero acerrime repugnantem, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahentem, ut sui ratio absentis haberetur.

Ibidem: Sic triduum disputationibus, excusationibusque extrahitur.

T. Lilius



T. Liviſ ab urbe condita: Cunctando extraxerant diem.  
Idem de bello Punico: Extracta tamen autoritatibus ſeniorum per aliquot dies res eſt.

Idem ab urbe condita: Res in annum extrahitur.

Ibidem: Extractum in tertium annum bellum eſt.

Ibidem: Extracta utraq; res in conſulum aduentum eſt.

Idem de bello Punico: Extrahi rem in ſuum aduentum iuſſit.

Idem ab urbe condita: Quibus cum extrahi aſtatem poſſe crederent.

Ibidem: Extrahi tamen diutius certamen potuiſſet.

Paulus ad Exhibeñ. lege, Si optione intra certum tempus data iudicium extractum eſt in id tempus, quo fruſtra exhiberetur.

¶ ECCE cum Tibi conſtructum.

**E**Cce, huic aduerbio ferè ſemper Cicero, & alij eius ſæculi Latinitatis principes, Tibi addiderunt: ut Ecce tibi: quod adhuc Romani uulgo obſeruant.

Cicero ad Atticum: Epistolã cū à te timide expectarẽ ad uesperã (ut ſoleo) ecce tibi nuncius pueros ueniſſe Romam.

Ad eundem: Cum hæc maxime ſcriberem ecce tibi Seboſus.

Ad eundem: Miſeram ad te Nono Caleñ. exemplum epistolæ Balbi ad me, & Cæſaris ad eum, ecce tibi, eodem die Capuæ literas accepi à Q. Pedio.

Eidem: Ecce tibi, & Bruti, & tuæ literæ.

Ouidius de arte: Ecce tibi ſimilis.

Cicero de officijs: Ecce tibi, qui rex populi Ro. dominuſq; omnium gentium eſſe concupierit.

Idem pro Cluentio: Ecce tibi eiufmodi ſortitio.

t 2

¶ Eſſe

*Ecce tibi*

¶ ESSE malo, Esse bono. <sup>to vngūde roferm.</sup>  
<sup>to gude syn.</sup>

Cicero pro Cluentio: Postremo id, quod maximo malo illi  
 causæ fuit, hoc ipso in loco, quasi reus ipse esset sedebat.

Ouidius de Nuce: Præda malo Polydore fuit tibi.

Cicero pro Milone: Itaq; illud Cassianum, cui bono fuerit,  
 in his personis ualebit.

¶ ESSE numero, Haberi numero. <sup>esse prio</sup>  
<sup>off</sup>

Esse numero, & haberi numero.

Varro de Re rustica: Minus se putant despici, atque ali-  
 quo numero haberi à domino.

Cic. in Philippicis: Homo nullo numero, nihil illo cōtēptius.

¶ EXCEPTO. <sup>per qm</sup>

Excepto, quod, modo hoc loquendi utebantur antiqui  
 in eadem significatione, qua præterquàm.

Ouidius de Ponto:

In quibus excepto quod adhuc utrunq; ualemus:

Nil me præterea, quod iuuet, inuenies.

Horatius: Excepto quod non mecum esses cætera lætus.

¶ AESTIMARE litem.

Incidi etiam sæpenumero in eum modum loquendi, quo  
 probatissimi quiq; autores usi sunt. Aestimare enim litē,  
 & litis æstimatio frequenter apud eos dictum, quod cum  
 diligenter rimatus essem, comperi Aestimare litem esse ui-  
 delicet, dum cōtrouerfa res inter aliquos erat, & iudicis, uel  
 alterius arbitrio reus condemnabatur, ut tantum solueret,  
 quanti ipsi legitime æstimasset. Quandoque etiam capitis  
 lis æstimabatur, ut infra ostenditur.

Cicero in Verrem: De litibus æstimatis Gnei Dolobellæ  
 pecuniæ



pecuniæ redactæ.

Ibidem: De litibus æstimatis Gnei Dolobellæ.

Ibidem: Sextertijs decem & octo lis æstimata est.

Ibidem: Quod de pecunijs repetundis lis æstimata sit.

Cæsar in commentarijs: Arbitros inter ciuitates dat, qui litem æstimant, pœnamq; constituent.

Paulus de solutionibus: lege, Stichum: Si possessor, corpus, aut litis æstimationem præstitit, ea res tibi proderit.

Asconius Pedianus: Quid est reum fieri, nisi apud Prætorem legibus interrogari? Cum enim in ius uentum esset, dicebat Accusator apud Prætorem reo, Aio te Siculos spoliasse: Si tacuisset, lis æstimabatur ut uicto: Si negasset, petebat à magistratu dies inquirendorum eius criminum, & instituebatur accusatio.

Idem: Lis æstimata sit, hoc est pecunia de qua lis fuit, & propter quam condemnatus est, in summam redacta, quæ de eius rebus exigetur.

Idem: Ita se habet, ut si conuictus reus sit, atque damnatus, pecuniam reddat æstimata lite, hoc est, in prærium redactis omnibus furtis, quam summam pecuniæ proscriptis eius bonis sectores curabant.

Neratius depositi: Si fideiussor pro te, apud quem depositum est, in litis æstimatione damnatus sit, rem tuam fieri.

Idem eo titulo: Litem à iudice æstimari debere.

Iulianus de actione rerum amotarum, lege, Si propter res amotas egero cum muliere, & lis æstimata sit, an actio ei danda sit? & subdit: Respondi, qui litis æstimationem suffert, emptoris loco habendus est.

Cicero pro Cluentio: P. Septimio Scauolæ litem eo nomine esse æstimatam.

Ibidem: Quibus damnatis de pecunijs repetundis lites essent æstimatæ.

¶ AESTIMARE Capitis.

Cic. pro Cluentio: Pugnatū est, ut lis hæc capitis æstimaretur:

¶ EVELLO, facit euelli, non euulsi.

**E**Vello, in præterito apud bonos autores euelli facit, non euulsi, ut aliqui recentiores uoluerunt.

Cicero pro P. Sextio: Qui in concione palàm dixerint, linguam se euellisse M. Catoni.

Idem in Verrem: Crucem, quæ etiam nunc ciuis Romani sanguine redundat, quæ fixa est ad portum, urbemq; uestram reuellistis.

Ibidem: Gorgonis os pulcherrimum cinctum anguibus reuellit, atque abstulit.

Vergilius: Non patris Anchisæ cineres, Manesue reuelli.

Idem: Telumque alta ab radice reuellit. Idem:

Et quos Sidonia uix urbe reuelli, Rursus agam pelago:

Cicero in Verrem: Tum illa ex patellis & turibulis, quæ uellerat, ita forte in aureis poculis illigabat.

Plautus in Amphitrione: Ne ego homo infelix fui, qui non alas interuelli.

Cicero de Oratore: Omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus euellisset uis orationis tuæ.

Ouidius de Amoribus:

Prima iugis tauros supponere colla coëgit

Et ueterem curuo dente reuellit humum.

¶ Extra



## ¶ EXTRA, Absq; .i. præter

**A**duerti Extra, & Absq;, eleganter posita esse loco Præter: quod iam pridem ab omnibus passim præteritū est.

Plautus in Amphitruone: Nemo extra unum te.

Terentius in Phormione: Neq; cognatus extra unam aniculam quisquam aderat.

Idem in Ecyra: Quam fortunatus sum cæteris in rebus, absq; una hac.

Cicero in Catilinam: Nemo est extra istam coniurationem proditorum hominum, qui te non metuat.

Idem in Verrem: De te Cecili iam me herde hoc extra hanc contentione, certamēq; nostrum familiariter tecū loquar.

Idem Mario: Extra ducem, paucosq; præterea, de principibus loquor, reliqui primum in ipso bello rapaces.

Varro de Re rustica: Præterea extra familiam debuit dicere Villicum & Villicam.

Cicero pro domo sua: Cuius est nemo tãto in populo, extra contaminatam illam, & cruentam P. Clodij manum, qui rem illam de meis bonis attigerit.

Titus Liuius ab urbe condita: Ipsos, liberoq; eorum, & coniuges uendendas, extra filias quæ nupsissent.

Ibidem: Calatinos, Sabatinos extra q̄ qui eorū, aut ipsi, aut parentes eorum apud hostes essent, liberos esse iusserunt.

Ibidē: Extra hanc multitudinem Hispanorum obsides erāt.

Ibidem: Extra prædam quatuor milia deditorum habitū.

## ¶ ECQVID, &amp; Ecquæ.

**A**t tendant quæso bonarum literarum studiosi, uel ad minima quæque diuini illius, eruditissimiq; sæculi. Nusq;

Nusquam enim tota magis elegātia uersatur, quā apud has paruulas clausulas, quibus quasi clauiculis compacta Latinitas substinetur.

Ecquis  
Ecquæ  
Ecquid  
Ecquod

¶ **E**c particula, à nullis (ut reor) Grammaticis tractata, multa cum uenustate interrogat. Est enim per modum quendam loquendi in Latinitatem inducta.

Plautus in Captiuis: Rogo Philocratem ex Aulide, ecquis omnium nouerit?

Idem in Rudente: Heus ecquid in Villa est? ecquis rediit? ecquis prodiit?

Idem in Stichō: Dum percunctor portitores, ecquæ nauis uenerit ex Asia?

Idem in captiuis: Percunctor ecquis adolescentem nouerit?

Idem in Mercatore: Ecquam aduexisti tuæ matri ancillam à Rhodo?

Terentius in Eunuchō: Ecquid nos amas de fidicina hac?

Idem in Eunuchō: O populares, ecquis uiuit me hodie fortunatior?

Cicero in Verrem: Negotium dat illis suis comitibus nequissimis, turpissimisque hominibus, ut uideant, & inuestigent, Ecquæ Virgo sit, aut mulier digna, quam obrem iste Lampſaci diutius commoraretur.

Idem: Nulla ui retineri, nullo periculo prohiberi posse, quominus experirentur, ecquid apud eos quærimoniæ ualerent antiquissimorum, fidelissimorumque sociorum?

Idem Attico: Quod quæris, Ecquæ spes pacificationis sit? quantum ex Pompeij multo, & accurato sermone perspexi, ne uoluntas quidem est.

Ibidem



Ibidem: À Curione uelim scire, ecquid ad te scriptum sit de Tirone?

Idem in Academicis: Ecquæ poterit in agnoscendo esse distinctio?

Idem in Vatinius testem: Deinde interrogares: ecquos nã alios posset nominare?

Cicero Attico: Quæso, ecquod tantum malum putas, quod in mea calamitate non sit?

Eidem: Ecquis unquam tam ex amplo statu, tam in bona causa, tantis facultatibus ingenij, consilij, gratiæ, tantis præsidij bonorum omnium concidit? Vergilius:

Ecquid in antiquam uirtutem, animosq; uiriles:

Et pater Aeneas, & auunculus excitat Hector? Idem:

Ecquæ nam puero est amissæ cura parentis?

Catullus: Ecquid nam in tabulis patet Lucelli, expensum?

T. Lúius ab urbe condita: Ecquid sentitis uos quirites?

Idem de bello Punico: Respondent, ecquis Latini nominis populus defecerit ad nos? deinde ecquis homo ex quinque & xxx. tribubus ad Annibalem transfugerit?

Ibidem: Ecquos legatos ad Annibalem Romani miserint de pace? Ecquam deniq; mentionem Romæ factam esse?

Idem ab urbe condita: Ecquid præsidij unquam habueris? ecquem in castris consulem? ecquem exercitum iuuentutis?

Ibidem: Ecquis sequeretur eorum?

Idem de bello Macedonico: Percunctatus est, ecquam anũ Ebutiam ex Auento nosset?

Cicero pro lege Manilia: Ecquam putatis ciuitatem pacatam fuisse, quæ locuples sit?

u Idem

Idem pro Cluentio: Videamus ecquid aliud iudiciũ, quod pro Cluentio sit proferre possimus.

EXAUDIRE.

**Q**uanta bone deus confidentia multos, & eos non omnino in Latinitate spernendos cepit in compositione huius uerbi Exaudio: Putant enim & pro comperto habent differentiam esse inter illud, & Audio: Nam Audi re simpliciter dici, Exaudiri autem quod auditur, admitti credunt. ut si dicas, Oraui ut meas audiret preces, at ille nõ modo id libenter fecit, uerumetiam eas exaudiuit. Quã differentiam & si à multis fieri pleriq; intelligunt, non tamen (quod sciam) uera est: quin potius idem omnino utroque uerbo significari, qui quas infra scripsi autoritates legerit, li quido deprehendet.

*Exaudire sepe p. audire pò.*

Cicero ad Senatum de reditu suo: Ut qua uoce te Romule post urbem conditam consul usus esset pro uniuersa Rep. apud eos solum, qui eius uocem exaudire possent.

Vergilius: Hinc exaudiri gemitus, & sæua sonare uerbera.

Idem: Hinc exaudiri gemitus, irãq; leonum:

Vinda recusantum, & sera sub nocte rudentum.

Idem: Vox quoq; per lucos uulgo exaudita silentes.

Idem: Siue extrema pati, nec iam exaudire uocatos.

Idem: Hinc exaudiri uoces, & uerba uocantis, Visa uiri.

Ouidius in Metamorphosi:

Pyrame responde, tua te charissima Thisbe

Nominat, exaudi, uultusq; attolle iacentes.

Ibidem: Tibi Nesse biformis,

Dicimus exaudi, nec res intercipe nostras.

Ibidem



Ibidem: Non exauditi rubuerunt sanguine Vatis.

Ibidem: At in ædibus ingens

Murmur erat, uocesq; hominum exaudire uidebar.

Horatius: Fingere cinctutis non exaudita Cethegis.

**A** Edere, præter alia significata, quæ nota sunt, modos occultiores habet loquendi. Dicitur enim Aedere spiritum, quod est agere animã: Aedere scelus, quod est perpetrare: Aedere stragem, quod est facere: Aedere nomen, quod est dare: Aedere sonos, id est proferre: Aedere librũ, hoc est publicare.

¶ AEDERE spiritum: *emittẽ animã.*

Cicero in Anto. Cuius in complexu libenter extremum uitæ spiritum ædiderim.

¶ AEDERE scelus. *perpetrare scelus*

Ibidẽ: Postea quod scelus, quod facin<sup>9</sup> parricida nõ ædidi?

Idem pro Publio Sextio: Tamen illi sceleri, quod in me illorum immanitas ædidi, haud scio an hoc recte proximũ esse dicam.

Titus Liuius ab urbe cõdita: Si quicquã sceleris, quod homo in homines ædere potest, non prætermisit.

¶ AEDERE stragem. *facere stragem*

T. Liuius ab urbe cõdita: Tantõq; maiorem stragẽ ædidere, q̃ inter hostes ædiderant.

Cicero ad Atticũ: Cum is meo nomine ad inuidiã uteretur, Di immortales, quas ego pugnã, & quãtas strages ædidi?

¶ AEDERE nomen. *dare. l. edicẽ nomẽ.*

T. Li. ab urbe condita: Vt redimendi potestas fieret, iussi nomina ædere: & cum CC. fermẽ æderent, Senatusconsultũ factum

u 2 factum

factum est, ut legati eos Carthagineñ. redderent.  
Idem de bello Macedonico: Aedit nomina eorū, quibus cō-  
uentis opus esset.

¶ AEDERE sonos. *·i· sonare*

Ouidius in Ibin:

Sedit in aduerso nocturnus culmine Bubo:

Funereóq; graues ædidit ore sonos. Vergilius:

Vix hæc ædiderat cum effulis imbribus atra.

Tempestat sine mora furit.

¶ AEDERE librum. *publicare librum*

Cicero de Diuina. Vnum librum Diogenes ædidit, eius au-  
ditor duos Antipater.

Idem de Fato: In ijs libris, quos de diuinatione ædidi.

Idē Attico: Vt me roget, ut Annales suos emendē, & ædā.

Cicero pro P. Sylla: Non occultaui, non continui domi, sed  
describi ab omnibus statim Librarijs, diuidi passim, & per-  
uulgari, atq; ædi Po. Ro. imperaui.

¶ AEDERE scriptum. *publicare scriptum*

Cicero in Verrem: Aede mihi scriptum, quod Argenti in  
prouincia Siciliae pararis. & subdit: Nec scriptum habeo,  
nec possum ædere.

¶ AEDERE prælium. *conficere prælium*

Titus Liuius de bello Macedonico: Regia statio atrocissi-  
mum prælium ædebat.

Idem ab urbe condita: Memorabile illud ædidit prælium.

¶ AEDERE clamorem, & pugnam. *facere clamorem*

Ibidē: Aedidit clamorē, ut auerteret etiā pugnantiū animos.

Ibidem: Maior quàm pro numero hostiū æditur pugna.

¶ Aedere



☞ AEDERE munus gladiatorium. *·i· facere officium gladi:*  
Ibidem: Ad munus gladiatorium ædendum redijt.

☞ AEDERE oracula. *dare oracula*  
Cicero de Diuina. Sed quod caput est, cur isto modo iam  
oracula Delphis æduntur?

Ibidem: Oracula ædere putes:

☞ AEDERE ignem. *·i·*  
T. Liuius de bello Macedonico: Aeditus ab Annibale ex cō  
posito ignis est.

☞ AEDERE annos. *·i· viuere annos*  
Ouidius de arte amandi:  
Dum licet & ueros, etiam nunc æditis annos.

☞ AEDERE cædem. *·i· facere cædem*  
T. Liuius ab urbe condita: Deinde multa iam ædita cæde  
senescit pugna.

☞ AEDERE signum. *facere signum*  
Ibidem: Aedito è speculis signo.

☞ AEDERE exempla auaritiæ, & seueritatis.  
Cicero Attico: Aede exemplum seueritatis tuæ.  
T. Liuius ab urbe condita: Cum multa auaritiæ foeda exem  
pla æderentur.

☞ AEDERE risus. *ridere*  
Cicero Attico: Miros risus uos ædere, cum ille ignarus sui  
comitatus repente aperuit lecticam, & penè ille timore, ego  
risu corruui.

☞ AEDERE foetus. *producere foetus*  
Cicero de Oratore: Subacto mihi ingenio opus est, ut agro  
non semel arato, sed nouato & iterato, quo meliores foe  
tus possit

u 3 tus possit

tus possit, & grandiores ædere.

¶ AEDITISSIMVM .i. sublimiore magis

T. Liuius ab urbe condita: Aeditissima urbis partē scandūt.

¶ AEDERE iudicium. fare iudiciū.

Cicero pro P. Sylla: Sed tamē abs te Torquate quæro, cum iudicatus tuus inimicus esset, & esset eius rei frequens senatus, & recens memoria testis, tibi meo familiari, & cõtubernali, prius etiã ædituri iudicium fuerint.

¶ EST quod, Nihil est quod.

**Q**uod multi, est opus, non est opus, non oportet, nõ expedit, aut quid oportet: bonis alioqui uerbis, ac Latinis, sed non ita aptis, aut appositis dicunt: perfecti illi Latini, est quod, nihil est quod, aut non est quod, aut quid est quod, dicebant.

*melig sic dicitur*

Plautus in Aulularia: Iam ad te reuertar, nam est quod uisam domum.

Terentius in Heauto. Nã nihil est illic quod moremur diutius.

Idē in Eunuchis: Nihil est quod dicas mihi, quærebam aliū.

Cicero Torquato: Nihil est quod pro malis temporum moleste feras.

Idē Terentiæ: De familia liberata nihil est quod te moueat.

Idem Trebonio: Epistolæ copiosæ, & suauiter scriptæ, nihil est quod multa respondeam.

Idem pro Sylla: Quare nihil est quod ex tanto comitatu uirorum amplissimorum me unum abstrahas.

Idē Attico: De serpirastris cohortis meæ nihil est quod doleas.

Eidem: Si nondum profectæ sunt, nihil est quod se moueant, quoad perspiciamus quo loci sit res.

Idem



Idem: De Britānicis rebus cognoui ex tuis literis nihil esse,  
nec quod metuamus, nec quod gaudeamus.

Idem in L. Pisonem: Nihil est quod me inuites.

Idem Attico: De Apuleio quid est quod labores?

Ibidem: Tullum scribam nihil fuit quod appellares.

Eidem: Nihil est scilicet quod de Cotta cogitemus.

Idem ad Lentulum: Dignitatem quidem illam consularem  
fortis & constantis nihil est quod cogitemus.

Idem Q. fratri: Nihil est quod uereare, ego enim ne pilo  
quidem minus me amabo.

Idem de natu. deorum: Tum Cotta si, inquit, liber Antiochi  
nostri, qui ab eo ad Balbū nuper missus est, uera loquitur,  
nihil est quod Pisonem familiarem tuum desyderes.

Idem in Verrem: Nihil erit quod me agente arbitretur iudi-  
cium sine magno multorum periculo posse corrumpi.

Idem Terētiā: Excruiat me ualitudo Tulliae nostrae, de qua  
nihil est quod ad te plura scribam.

Idem Q. fratri: De eius eruditione quod labores nihil est.

Idem Tironi: Nihil est quod festines, nec quicquam cures,  
nisi ut ualeas.

Brutus & Cassius Antonio: Quando consul arma minetur.  
quorum fiducia nihil est quod nos terreas.

Vergilius in Bucolicis:

Si ad uitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.

Idem: Nihil est quod dicta retractent Ignauī Aeneadae.

Papinianus de captiuis, lege, Quod si secus: Nihil est quod  
de secundis tabulis tractari possit.

Cic. Q. fratri: Trebatium meū quod isto admisceas nihil est.

Idem

Idem Terentiæ: In uiam quod te des hoc tempore nihil est.

Terentius: Non est quod te deterream.

Horatius: Non est quod multa loquamur.

Cicero in Verrem: Cohortem autem Metelli, quam uocat, quid erat quod corrumpere?

Pomponius de operis libertorum: lege, à duobus: Nihil est quare non detur.

EXCIPERE.

**E**Xcipere quid sit, cum à uulgari, publicaq; significatione discesseris, multis incognitum esse arbitror. quod mihi satis uideor inuestigasse, nec paruo, nec inutili labore. Est enim Excipere, quod cauere, aut præscribere, ut inferius notata clarius ostendent.

Varro de Re rustica: In emptiõib<sup>9</sup> iure utimur eo quod lex præscripsit, in ea re aliq; plura, aliq; pauciora excipiunt, quidã em̄ pretio facto in singulas oues, ut Agni chordi duo pro una Oue annumeretur, & sicui uetustate dẽtes absunt itẽ binæ pro singulis, ut procedant.

Ibidem: Aliter dico, atq; fiet, quod Capras fanas, sanus nemo promittit, nunq; enim sine febre sunt, itaq; stipulantur paucis exceptis uerbis.

Cicero ad Quintum fratrem: Cumq; nominatim lex exciperet, ut ad templum, monumentumq; capere liceret.

Idem de legibus: Qua in lege cum esset neue aurum addito, quàm humane excipit?

Idem pro Cluentio: Quapropter in omnibus legibus, quibus exceptum est, de quibus causis, aut magistratum capere non liceat, aut iudicem legi, aut alterum accusare, hæc ignominia



ignominia causa prætermiffa est.

Idem pro Cornelio Balbo: Quorum in fœderibus exceptū est, ne quis eorum à nobis ciuis recipiatur: quod si exceptio facit ne liceat, ibi neceffe est licere. Vbi est igitur exceptum fœdere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat ciuitate. & subdit: Exceptū est, inquit, fœdus, siquidem sacrosanctum est.

Idem in partitionibus oratorijs: Quærenda etiã ratio, si qua poterit inueniri, quare non fit exceptum, aut iniqua lex.

Idem de arte rhetorica: Nam & prætorijs exceptiõibus multæ excluduntur actiones.

Ibidem: Postulat is, qui cum agitur à prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præiudiciū fiat: hic is, qui agit iudiciū purum postulat: ille qui cum agitur, exceptionem addi ait oportere.

Idem de lege Agraria: Aut ita lex diligenter perscripta demonstrabitur, ita tantum unaquaq; de re, ita quod oportuerit exceptum, ut minime conueniat quicquid in tam diligenti scriptura prætermiffum arbitrari.

Ibidem: Atque hoc lex nusquam excipit, non omnia ergo scriptis, sed quædam quæ perspicua sint, tacitis exceptionibus caueri.

Idem in Academicis: Quibus postulant ut excipiantur hæc inexplicabilia, Tribunum aliquem censeo adeant, à me istam exceptionem nunquam impetrabunt.

In Verrem: Quod lege excipiuntur tabulæ publicanorum, quo minus Romam deportentur.

Ibidem: Quid si eiusmodi esse hæc duo fœdera duorum populorum Iudices doceo, ut Taurominitanis nominatim

x cautum

cautum & exceptum sit fœdere, ne nauē dare debeant: Marmertinis in ipso fœdere sanctum, atq; præscriptum est, uti nauem dare necesse sit.

Idem de diuinatione: Si iudices id quod Epaminundas ait legis scriptorem sensisse, adscribit ad legem, & addat exceptionem hanc.

Idem in Epistola: Nam dum uolūt isti lauti terra nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere: Fungos, & Heluelas ita condiunt, ut nihil possit esse suauius.

Vitruuius: Et ideo quod præciosæ sunt, legibus excipiuntur, ut à domino, nō à redemptore repræsententur.

Marcellus ad legē Iuliam repetundarum, lege, Prima: Cum excipit lex, à quibus licet accipere, à sobrinis, propiorūe gradu cognatis suis, uxorūe.

Victorinus hæc declarare uidetur in Rhetorica Ciceronis: Translationem, inquit, intelligamus formam esse status scilicet legalis: Præscriptionem uero eandem appellari posse, & eandem exceptionem, sed ab oratoribus: in iure autem præscriptionem dici ipsum propositum ius, Exceptionem autem, cum ius ipsum propositum aduersus se actor alius excipit, interposita aliqua conditione.

#### ¶ ETIAM AFFIRMANTIS.

<sup>yo doch</sup>  
**E**Tiam, affirmantis aduerbium: cuius loco ferè omnes aliud aduerbium, Ita, ponunt: ueluti è teterrimo carcere afferendum est, & in usum Latinitatis reuocandum.

Cicero pro Roscio Comedo: Si non, quo modo Tabulas conficis? si etiam, quamobrem cum cætera nomina in ordinem



dinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum in aduersarijs relinquebas?

Idem de Academicis quæstionibus: Quasi aut etiã, aut non, non modo uerum esse, sed necessarium.

Idem pro Planco: Cui cum respõdissem, me è prouincia decedere, etiam me hercle, inquit (ut opinor) ex Africa.

¶ ATQVE GEMINATA & triplicata.

EAdem ferè calamitas, ut propè interiret, accidit geminata, & interdum triplicata particula Atq; quæ interdum maximam affert gratiam orationi inserta.

Tibullus:

Atq; tubas, atq; arma ferunt strepitantia cælo audita.

Horatius: Atq; herbas, atq; incantata lacertis uincula.

Catullus: Ne uestrum scabra tangat rubigine nomen,

Hæc atq; illa dies, atq; alia, atq; alia.

Vergilius: Atq; deos, atq; astra uocat crudelia mater.

Idem: Atq; hinc, atq; illinc humeros ad uulnera durat.

Idem: Atq; Getæ, atq; Hebrus, atq; Actias Orithya.

¶ AEQVI bonicq; facio. *in aliquot opnemen*

AEqui, bonicq; facio, id est, in bonam partē accipio: certum modum esse loquēdi non rationem nemo negare potest.

Terētius in Andria: Cæterum equidem istuc Chreme æqui bonicq; facio.

T. Liuius ab urbe condita: Ne serpat Latinis contagio eius mali, nos æqui, bonicq; facimus.

Cicero Attico: Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui, bonicq; facit.

## EXIMERE.

**E**Ximere, apud ueteres illos autores præter alia signifi-  
ca est, quod Extrahere, effodere, eruere:

Cato de re rust. Ficos & oleas altero modo inserit. Quod ge-  
nus aut ficū, aut oleā esse uoles, inde librū scalpro eximito.

Ibidem: In amphoram mustum indito, & corticem oppi-  
cato, demittito in piscinam: post xxx. diem eximito, totum  
annum mustum erit.

Ibidem: Ollam statuito cum aqua, ubi occipiet feruere, pau-  
lisper demittito unum manipulum, feruere desistet. Postea  
occipiet feruere, paulisper demittito, usq; admodum dum  
quinq; numeres, tum eximito.

Vitru. Sequitur ordo de Lapidicinis explicare: de quibus &  
quadrata saxa, & cementorum ad ædificia eximuntur co-  
piæ, & comparantur.

Ibidem: Cum ædificādum fuerit ante biennium, ea saxa nō  
hyeme, sed æstate eximantur.

Ibidem: Sed hæc omnia, quæ mollia sunt, hanc habent utili-  
tatem, quod ex ijs saxa cum sunt exempta, in opere facilli-  
me tractantur.

Alphænus de Publi. lege, Cæsar: Cum insulæ Cretæ Cotori/  
as locaret legē ita dixerat, Ne quis præter redemptorē post  
Idus Martias cotē ex insula Creta fodito, néue eximito,  
néue auellito, & subdit: Consulebatur num cōtra legē post  
Idus Martias ex insula Creta cotes exemptæ uiderentur.

ÆS alienum, tuum, meum, patris, filij.

**A**Es alienum id certe est, quod dicimus debitū. Sed mo-  
dum dicendi antiquū notare debemus, quo dicebant,  
Æs alienū



<sup>debitū tuū</sup> Aes alienum tuum, <sup>debitum meū</sup> æs alienum meum, <sup>debitū patris</sup> æs alienum patris,

æs alienum filij. Quæ si bene inspexerimus, contraria esse uerba significato reperiemus, & tamen dicendi talem esse modum, non rationem ullam fateri cogemur. Nam si æs alienum, quomodo meum? Si meū, quomodo alienum?

Cicero Attico: Si quid æri alieno meo superabit?

Idem in Philippicis: Etenim quæ res egestati, & æri alieno tuo præter mortem Cæsaris subuenire potuisset?

Paulus de iure dotium, lege, Profectitia: Suū æs alienū susceptū dū filiusfamilias esset, paterfamilias factus exonerauit.

Iabolenus de statu liberis, lege, Sticū: Sticus liber esto, quādo æs alienum meum solutum, creditoribusue meis satisfactum fuerit.

Cicero Attico: Aes alienum faciendum puto.

Idem pro P. Sylla: Publij Cincij prædij uenditis, æs alienū eiusdem dissoluisti.

Ibidem: Cuius æs alienum uidemus iudices, nō libidine, sed negotij gerendi studio esse contractum.

Idem in Philippicis: Patri persuasit, ne æs alienum filij dissolueret.

Idem Mario: Maximum autem æs alienum amplissimorum uirorum.

Paulus de in rem uerso, lege, Si filiusfamilias, fœnus filij, æs alienum patris est.

Pompo. de Peculio, lege, Peculium: Si ære alieno dominico exhauriatur Peculium serui.

Iabolenus de priuilegijs Creditorum, lege, Paterfamilias: In omni ære alieno, quod aut patris, aut filij fuerit.

Titus Liuius ab urbe condita: Cum Publius ob æs alienum paternum nexum dedisset.

**FAC ESSE**, Fac potuisse, Fac uelle.  
<sup>· sit ita</sup> **F**ac esse, fac potuisse, fac uelle, & facite, ac eiusmodi, modus est loquendi ueterum illorum: idq; significat, quod illiterati dicunt, Ponamus quod ita sit, ponamus quod ita fieri potuerit, ponamus quod ita uelis. Aut ut aliqui se elegantius dicere putant, Posito quod ita sit, aut dato quod ita sit, uel ponamus ita esse, quo quid est uulgarius, aut rudius? Hæc ergo barbaries omnino excludenda est, introducendaque uera Latinitas per hos ueros, propriosq; dicendi modos.

Cicero in Philippicis: <sup>sit ita q; potuit</sup> Fac potuisse, quod est aliud beneficium latronum?

Ibidem: Hominem perditissimum, sed fac, ita non esse, num Latine scit?

In secunda Philippica: Eum tu occideres? fac potuisse?

Idem in Philippica xiiij. Facite hoc meum consilium, legiones nouas non improbare.

Idem Attico: Me fac posse tuto, multi enim hortantur, num etiam honeste?

Eidem: Nam liberalibus quis potuit in senatum non uenire? fac id potuisse aliquo modo, num etiam cum uenissimus, libere potuimus sententiam dicere?

In Tusculanis: Fac totum dolere corpus.

Ibidem: Sed fac ut isti uolunt, animos non remanere post mortem.

Ibidem: Fac animum sic interire ut corpus.

De diuina



De diuinatione: Fac dare deos, quod absurdum est, quid refert, si accipere non possimus?

In Verrem: Fac ita esse, tamen hoc ferendū nullo modo est.

De oratore: Sed fac esse, nihil superest.

Idem de natura deorum: Fac esse distentum cælum.

Cleantes in quibusdam pulcherrimis carminibus, illo felici sæculo in Latinum uersis. Ducor parens, celsiq; dominator Poli quocunq; placuit, nulla parendi mora est: Adsum impiger, fac nolle, comitabor gemens, malusq; patiar quod licuit bono: Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

☞ FERRE ad cælum.

**F**erre ad cælum, modus est loquendi Romano more: scilicet tantum aliquid laudare, ut laudibus quasi ad cælum feratur.

Cicero in Verrem: Iuuant me hæc præclara nomina artificum, quæ isti ad cælum ferunt.

Idem Furuio: Propterea festinatio abducat à tãtis laudibus, quibus te omnes in cælum iure, & uere ferunt.

Idem De oratore: Quæ tu uerbis ad cælum extulisti.

Idem Attico: Scribis enim in cælum ferri.

Idem ad equites Ro. Quem uirtutis gloria cum summa laude extulit ad cælum.

Horatius: Quæ uos ad cælum fertis rumore secundo.

☞ FERRE in oculis, Habitare in oculis.

**F**erre, & esse in oculis, modus est loquendi, quo ualde diligere, & diligere significetur. Habitare autem in oculis per translationem est ita frequẽtem & assiduam esse, ut quasi in oculis

in oculis habitetur.

Cicero ad Quintum fratrem: Balbum in oculis fero.

Idem de responsis Aruspicum: Ferebāt in oculis hominem.

Idem Tironi: Nam isti duo uix sunt digni, quibus alteri Celsenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas, te (ut dixi) fero in oculis.

Idē in Antonium: Nam Trebellium ualde iam diligit, oderat cum ille tabulis nouis aduersabatur, iam fert in oculis.

Terentius uerbum Fero dimisit in Eunuchis: Rex te ergo in oculis?

Cicero ad Atticum: Itaq; publicanis in oculis sumus, gratis inquis uiris, sensimus.

Cicero pro Planco: Feci ut postea quotidie presentē me uiderent, habitauī in oculis.

Idem Attico: Visum est hoc mihi ad multa quadrare, presentem me uiderent, habitauī in oculis.

FRUGI.

**F**Rugi à fruge dicitur, quod indeclinabile est: compositū tamen cū Bono antiqui quandoq; ponebant, ut utrunq; dicerent, & seruus frugi, & seruus bonæ frugi. <sup>v. uel</sup>

Plautus in Pseudolo: Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ.

Vulpianus ad legē Aquiliam, lege, Inde Neratius: Sed si bonæ frugi seruus intra annum mutatis moribus occisus sit.

Idem de quibus rebus ad eundē iudicem eatur, lege, Si quis seruum: Interesse fructuarij uidetur bonæ frugi seruū esse.

**I**nfiniti penè dicendi modi à ueteribus illis Latinitatis cōditoribus à uerbo Facio deducti sunt. Quorū & si aliqui multa



multa notauerint, nos longe plurima collegimus, quæ in usum publicum facere iudicauimus.

☞ FACERE delitias. *delitiani*

Plautus in Menechmis: Eia delitias facias?

☞ FACERE damnum, pro eo quod dicimus, damnũ pati.

Plautus in Mercatore: Non miror si quid damni facis, aut flagitiij.

Cicero in Bruto: Damnum enim illius immaturo interitu res Ro. Latinæq; literæ fecerunt.

Idem in Ver. Quid si docebo iudices eos, qui CCCC. milia mod. lucrifaciunt, damnum facturos fuisse?

☞ FACERE facinus, & scelus. *quaidæ dicit doer*

Plautus in Bacchidibus: Atridæ duo fratres dicuntur fecisse facinus maximum.

T. Liuius ab urbe condita: Qui alienis manibus pessimum facinus facere.

Cicero De oratore: Scelus eos nefarium facere dicunt.

☞ FACERE iratum. *toernich maefen*

Cic. De oratore: Cũ iratum aduersario Iudicẽ facere uellet.

☞ FACERE flagitium.

Plautus in Mercatore: Ait flagitium, & damnum fecisse.

☞ FACERE stipendia.

T. Liuius ab urbe condita: Centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent.

Ibidem: Qui stipendia pedibus propter paupertatẽ fecisset.

☞ FACERE prælium. *præliari*

Cæsar in commentarijs: Paruulis equestribus prælijs ad aquam factis.

y

☞ Facere

**¶ FACERE** sacrificium, & sacra. *·i· sacrificare*  
Cicero in Bru. Licet aliquid etiam de M. Popilij ingenio suspicari, qui cum consul esset, eodemq; tempore sacrificium publicum cum lena faceret.

T. Liuius ab urbe condita: Quid nam tu hospes paras, inquit, incestum sacrificium (ut dicunt) facere?

Ibidem: Qui sacra publica populo Romano faceret.

Ibidem: Castius eum sacra priuata facere.

Ibidem: Illi sacra quaedam in monte Albano, Lauinóq; uobis facienda tradiderunt.

Ibidem: Dedicata est à T. Quintio duumuiro sacris faciendis.

Idem de bello Punico: Ne solenne sacrum in monte faceret.

**¶ FACERE** æs alienum. *·i· facere debita*

Idem ab urbe condita: Aes alienum fecisse.

**¶ FACERE** testamentum.

Cicero De oratore: Ac se tanq; in procinctu testamentum faceret sine libra atq; tabulis.

**¶ FACERE** finem. *finire*

Plautus in Asinaria: Sermoni iam finem face tuo.

Terentius in Phormione: Iam finem faciam dicendi mihi: peccandi cum ipse de se finem non facit.

Cicero pro Gn. Plan. Nam istius uerbi quousq; poterat esse inuidia: datus est tibi ille, condonatus ille, non facis finem, ferre non possumus.

Idem in Verrem: Difficile est enim finem facere precio, nisi libidini feceris.

Idem in Rullum: Finem feci offerendi mei.

Cæsar in commentarijs: Finem properandi facit.

Ibidem



Ibidem: Neq; prius finem sequendi fecerunt, q̄ muro oppi-  
di appropinquauerunt.

T. Liuius: Finem tandem certaminum facerent.

Hircius in commentarijs: Maxime uellem, inquit, homines  
suae petulantiae nimiae, q̄ libertatis aliquando finē fecissent.

Ibidem: Cum iam Cæsar existimasset hostes pullos, deterri-  
tosq; finem laceffendi facturos.

☐ FACERE fidem. *geloouen doen.*

Cicero in Catilinam: Fidem faceret oratio mea.

Idem in L. Pisonem: Non facies fidem scilicet cum hæc di-  
sputabis.

Idem De oratore: Fidei faciendæ causa.

Ibidem: In locis, quos ad fidem orationis faciendam adhi-  
beri dixit.

Idem in Hortensio: Meo autē iudicio ita est maxima in sen-  
sibus ueritas, si & sani sunt, & ualentes, & omnia remouen-  
tur, quæ obstant, & impediunt. Itaq; & lumen mutari nolu-  
mus: & situs earum rerum, quas intuemur, & interualla, aut  
contrahimus, aut deducimus, multaq; facimus usq; eò: dū  
aspectus ipse fidem faciat sui iudicij.

Idem Attico: An mihi nutus tuus non faceret fidem?

Eidem: Quod nisi fidem mihi fecisset.

Idem pro T. Annio Milone: Nudauit se in sanctissimo tem-  
plo: quoniam uita talis, & ciuis, & uiri fidem non faciebat.

Idem in Catilinam: Ut quoniam auribus uestris propter  
incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem face-  
ret oratio mea.

Idem in Bruto: Credit ijs, quæ dicuntur, qui audit oratorem,

y 2 uera

uera putat, assentitur, probat, fidem facit oratio.

☞ FACERE ludos. *spelle anstellen*

Cicero ad Quintum fratrem: Quanta tandē pecunia pende-  
retur, si omniū nomine quicunq; Romæ ludos facerent.  
Idem Attico: Ludos facere absens malebat.

☞ FACERE scriptum.

Titus Liuius ab urbe condita: Neq; eius accepi nomē, quod  
scriptū faceret, tabulam posuisse, & iurasse se scriptum non  
facturum, quam aliquando antea desisse scriptum facere,  
arguit Macer Licinius,

☞ FACERE dolorem, & luctum. *we daege andoen*

Cicero Attico: Nulla medicina tā facit dolorē, q̄ quæ sanat.  
Titus Liuius de bello Macedonico: Audita clades, simul pa-  
uorem, simul luctum ingentem fecit.

☞ FACERE castra. *castrametari*

Cicero Catoni: In Licaonia castra apud Iconium faceret, &  
subdit: Apud oppidum castra fecit.

Gneus Pompeius Lucio Domitio: Neq; castra propter an-  
ni tempus, & militum animos facere possum.

Cæsar in commentarijs: Castra facere constituit.

Hircius in commentarijs: Ad aquam fecit castra.

Ibidem: Loco excelso fecit castra.

Ibidem: Ibi castra ducentarum legionum fecit.

☞ FACERE periculum. *v. experiri*

Plautus in Cistellaria: Face semel periculum.

Teren. in Andria: Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris.

Cæsar in commentarijs: Vt in æquū locum descenderent, le-  
gionumq; pericula facerent.

☞ Facere



¶ FACERE conuitium. *conuitiari*

Modus est loquendi, quo significatur contumelijs quem la-  
cessere, Et quod inepte dicunt: Dicere illi iniuriam.

Plautus in Mostellaria: Sic & præsentî tibi facit conuitium.

Idem in Bacchidibus: Vt ne clamorẽ hic facias, nec conuitiũ.

Idem in Mercatore: Male mihi precatur, & facit conuitium.

Terentius in Adelphis: Non fecisse erit melius hic conuitiũ.

Cicero pro Cluentio: Conuitium C. Iunio iudici quæstionis  
maximum fecit.

Idem Attico: Cato aduolat, conuitium Pisoni consuli miri-  
ficum fecit.

Ouidius ad Corinnam:

Quid queror, & toti facio conuitia cælo?

Sabinus in epistola pro Helena: Nec faciã surdis conuitia  
fluctibus ulla.

Vulpianus de iniurijs, & famosis libellis, lege, Iniuriarum:  
Fecisse conuitium non tantum is uidetur, qui uociferatus  
est: uerum is quoq; qui concitauit ad uociferationẽ. & pau-  
lo supra: Conuitium autem dicitur, uel à concitatione, uel à  
conuentu, hoc est, à collatione uocum.

Caius eodem, lege: Si plures serui aliquem simul ceciderint,  
aut conuitium alicui fecerint, singulorum proprium est ma-  
leficium.

¶ FACERE naufragium. *periclitari*.

Cicero Tironi: Qui cupide profecti sunt multi, naufragia  
fecerunt.

¶ FACERE promissum. *gelofte volltrecken*

Cicero de officijs: Vt reddere depositum, etiam ne furioso

y 3      facere

facere promissum. & in eodem: Promissum potius non faciendum, quàm tam tetrum facinus admittendum fuit. & subdit: Ergo promissa non facienda nonnunquã. & subdit: Facere promissa stare conuentis, reddere deposita, commutata utilitate fiunt, non honesta.

¶ FACERE iter. *pficisti, ceptum*

Cicero pro Gn. Planco: At ego cum casu diebus ijs itineris faciendi causa decedens è prouincia, Puteolos forte uenisssem.

Idem Senatui, populóq; Romano: Iter in Ciliciam non facere institui,

Idem de diuinatione: Cum duo quidam Arcades familiares iter unà facerent.

Ibidem: Eudemũ Cyprium familiarem suum iter in Macedoniam facientem.

Idem Catoni: Cum exercitu lustrato iter in Ciliciam facere cœpisssem.

Idem in Verrem: Iter per Siciliam facere uoluerat.

Gn. Pompeius Lucio Domitio: Præsidia Curionẽ, quæ in Umbria, & Tuscia erãt, cõtrahere, & ad Cæsarẽ iter facere.

Cæsar in cõmentarijs: Iter caute, diligẽterq; faciat, perscribit.

¶ FACERE turbas. *tr. turbare*

Plautus in Bacchidibus: Tantas turbellas facio.

Cicero in Verrem: Maximas in istius castris fecisse turbas dicitur.

¶ FACERE uerbum & uerba. *tr. loqui*

Verbum, & uerba facere, modus est loquendi, significans id quod loqui: id enim est, Nõ multa uerba faciã, & nõ multa loquar



loquar, sed ita tunc loquebantur. Quid autē inter se discrepent, ex inferioribus autoritatibus planè uideri potest: nā Facere uerba, loqui, & explicare uerbis rem significat: Facere uerbum est uix loqui, mussare, uel pauca proferre.

Plautus in *Asinaria*: Neq; ullum uerbū faciat perplexabile.

Ibidem: Verbum herde facere non potes.

Ibidem: Haud uerbum faciam.

Idem in *Bacchidibus*: Verbum nullum fecit.

Terentius in *Andria*: Nunq̄ cuiq̄ nostrum uerbum fecit.

Cicero pro *Sexto Roscio Amerino*: Non me herde uerbū fecisses.

Ibidem: Dēq; ea societate neminem esse, qui uerbum facere hoc tempore auderet.

Idem in *Bruto*: Cum esset relictus à cæteris, & uerbum facere non posset.

Idem in *Pisonem*: Quacūq; de re uerbum facere cœperatis.

Idem in *Philippicis*: Ne uerbum quidem ausus est facere.

Idem *Gn. Planco*: Verbum nemo facit.

Idem pro *Aulo Cluentio*: Cum ille uerbum omnino in hac ipsa causa facere nullum potuerit.

Idem pro *P. Quintio*: Sed omnino uerbum facere conari.

Idem in *Verrem*: Ipsi illi tui conuiuæ, cōsiliarij, & conscij uerbum facere non audebant, & subdit: Nam antequàm uerbum facerem, de sella surrexit.

¶ FACERE uerba. loqui plura

Plau. in *Aulular.* Sic uerba hic facio, quasi negotij nihil fiet.

Ibidem: Nunc uerba ne facias foror.

Idem in *Stico*: Multa scio facienda uerba.

Idem

Idem in Milite: Vt multa uerba fecit?

Idem in Persa: Verba quidem haud indocte fecit.

Idem in Rudente: Verba facimus, it dies.

Cicero Attico: At me existimaris ad manēdum esse propensio-  
sorem, quod plura in ea parte uerba fecerim?

Idem pro P. Quintio: Neq; tamē iam multa uerba faciam.

Idem pro L. Man. Et ex hoc ipso loco permulta idem con-  
tra legem uerba fecisti.

Idem in Philippicis: Quod Tribuni plebis uerba fecerūt, ut  
senatus Calē. Ianuarij haberetur.

Idē in Verrem: Quod ego in senatu quanta uerba fecissem.

Idem pro domo sua: Qui conuentu bonorum uirorum uer-  
ba de salute mea fecerant,

Horatius: Verba facit Leno.

T. Li. ab urbe con. Multa de Hieronymi fide uerba fecerūt.

Idem de bello Punico: Pauca uerba facienda sunt.

Vulpianus de petitione hæreditatis, lege, Item: Cōsules uer-  
ba facere de his.

¶ FACERE iusta. *• i. greguias celebrare.*

Plautus in Cistellaria: Postq; ille uxori iusta fecit.

*• i. p̄tates p̄bere* ¶ FACERE copiam. *• willen doen*

Idem in Asinaria: Vti sibi amanti facerem argenti copiam.

Ibidem: Feci enim ei quod orauit, mei copiam.

Idem in captiuis: Gratiam habeo tibi, cū copiam istam mi-  
hi, & potestatem facis.

Idem in Persa: Vti tibi recte conciliandi facerem copiam.

¶ FACERE medicinam. *• i. adhibere medicinā*

Idē: Si medic<sup>9</sup> ueniat, q huic morbo facere medicinā potest.

Cicero



Cicero pro P. Quintio: Medicinæ faciendæ locus non erit.

*Judicare* ¶ FACERE Iudicium, facere autoritatem. *gehoer maeken*

Plautus in Cistellaria: Mi spectatores facite iudicium.

Cicero pro lege Manilia: De quo homines uos, id quod maxime facit autoritatē, tanta & tam præclara iudicia fecistis.

¶ FACERE lucrum. *lucrar*

Plautus in Mercatore: Lucrum ingens facio.

Idem in Persa: Recte rem gero, & facio lucrum.

Ibidem: Vnde tu prægrande lucrum facias.

¶ FACERE coniecturam. *gysfen*

Idem in Casina: Ego hanc de me coniecturam domi facio.

Cicero in Verrem: Ex quibus coniecturam facere de omnibus possitis.

Ibidem: Vos rogarem, ut coniecturam faceretis.

Ibidē: Verū ut ex uno de cæteris coniecturā facere possitis.

¶ FACERE rem diuinam. *sacrificare*

Plautus in Curculione: Postquàm rem diuinam feci, uenit in mentem mihi.

Cato de re rustica: Eam rem diuinam, uel seruus, uel liber libebit facito.

Cicero in Verrem: Res illum diuinas apud eos deos in suo sacratio propè quotidie facere uidisti.

Titus Liuius ab urbe condita: Rem diuinam facere.

Idem de bello Macedo. Res diuinas facere maioribus hostijs iusserunt.

Hircius in commentarijs: Postero die diuina re facta.

¶ FACERE furtum. *furari*

Plautus in Rudente: Furtum ego uidi, qui faciebat.

z Facere

☞ FACERE rem. *officere*

Horatius: Is ne tibi melius suadet, q̄ ut rem facias, rē si possis recte: si non, quocunq; modo rem.

☞ QUANTI facere. *achten*

Hōra. Septimius Claudij nimium intelligit unus, Quanti me facias.

☞ FACERE officium. *geboer doen*

Idem: Officium facio, tu possis filia.

☞ Mecū facere, secū facere, unā facere, nobiscum facere, modi sunt loquendi, a paucis (ut reor) notati: significant enim id quod Mecum sentire, quo loco multi insulse ponūt, pro me facere.

Cicero pro P. Silla. L. Cassium dixerunt commemorasse cū cæteris Antonium secum facere. & subdit: Quid tum? Cassius si respondisset idem sentire, & secum facere Sillam: tamen mihi non uideretur in hunc id criminofum esse debere. & subdit: Non respondit, tamē unā facere Sillam.

Idem in Partitionibus: Defensor autem ad ea, quæ proposuit, æquitate nitatur, & ea causa secū facere fateatur.

Idem pro Aulo Cecinna: Rem & sententiam interdicti mecum facere fatebatur, uerbo me excludi dicebat.

Ibidem: Nam uerba ipsa sponfionis facerent mecum, si uellem diligenter attendere.

Ibidem: Cum uideatis autoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum.

Horatius: Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Idem: Mecum facientia iura.

☞ Facere uersus.

*Q̄ ut* *Diring*  
*hor facit mecum .i. h̄ est*  
*pro me.*  
*h̄ facit secū .i. h̄ sentit*  
*pro eo.*



☞ FACERE uersus. *versificare*

Horatius: Paupertas impulit audax, ut uersus facerem.

☞ Facere sumptum. *kost doen*

Idem: Pro quæstu sumptum facit.

Varro de re rustica: Nemo enim sanus mēte debet uelle impensam, ac sumptū facere in cultura, si uidet nō posse refici.

Cicero pro lege Manilia: Non modo ut sumptum faciat in militem, nemini uis affertur.

☞ Facere uitium. *zyten, zysen,*

Cic. in Topicis: Si ædes ex se corruerunt, uitiumue fecerunt.

Labeo locati & conducti, lege, Quod si etiam huius domus mercedem, quæ uitium fecisset, deberi putat.

Vulpianus de damno infecto, lege finita: Si spatia inter uitiosam partem intercedant, & ea quæ uitium non fecit. & subdit: Si insula adiacens domui uitium faciat.

Vitruuius: Si uenti frigidi sunt, ledunt: si calidi, uitiant: si humidi, nocent: idem faciunt uitia pauimentis.

Hircius in commentarijs: Vigilia secunda propter multitudinem telorum: Turris lignea, quæ nostra fuisset ab initio, uitium fecit, usq; ad Tabulatū secundum, & tertium.

☞ FACERE iniuriam. *iniuriari.*

Plautus in Rudente: Faciet nemo iniuriam.

Cicero in Verrem: Quid dices: id quod dictitas iniuriam tibi fecisse ueram? & subdit:

Cum maximam C. Verres iniuriā fecerit. & subdit: At cum tibi C. Ver. fecit iniuriam.

Idem in L. Pisonem: Facio iniuriā fortissimo uiro mortuo.

Horatius: Luētandum in turba, facienda iniuria tardis.

z z Facere impetum.

¶ FACERE impetum. *ynfall doen*

Cicero Catoni: Armenium regem in Capadocia impetum esse facturum.

Idem pro lege Manilia: Sed in exercitum uestrum clarū atq; uictorem impetum fecit.

Idem pro Publio Sextio: Impetum faciunt in Fabritium.

Idem pro Tito Annio Milone: Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum.

¶ FACERE contumeliam. *spijt andoen*

» Ut uideant omnes modum loquendi ab illis optimis eius  
 » . etatis autoribus diligentissime fuisse seruatum: & si quid  
 » . esset ab aliquo id etatis uiro docto interuersum, statim es-  
 » . se explosum: legant Ciceronem, qui Philippica tertia re-  
 » . prendit Antonium, qui contumeliam facere dixerit:  
 » . Quid est porro, inquit, facere contumeliam? quis sic loqui-  
 » . tur? & subdit: Nonne satius est mutum esse, quàm quod  
 » . nemo intelligat dicere? & paulopost: Præter duos uos lo-  
 » . quitur isto modo nemo. Quis sic loquitur ait? non quis sic  
 » . est locutus? Nam ueteres ante Ciceronem, Facere contu-  
 » . meliam, aliquando dixerunt.

Plautus in Afinaria: Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur.

Cato: In hac contumelia, quæ mihi per huiusce domi petulantiam factum itur.

» Videtur ergo Cicero etatem suam emendate loquẽtem no-  
 » . tare, antiquiores alias carpere, & quasi posteris præscribe-  
 » . re, ut politiorẽ & abstersam à ueteribus quasi rubigine mū-  
 » . diorem, suæ etatis modum imitentur.

Facere.



☞ FACERE modos. *cōponē carmina*

Terentius in argumento Andriæ: Flaccus Claudij filius modos fecit tibijs paribus, dextris, & sinistris.

Cicero De oratore: Neq; id actores prius uiderunt, q̄ ipsi Poëtæ, q̄ deniq; illi etiam, qui fecerunt modos.

☞ FACERE gratum. *angeneem doen*

Idem Attico: Feceris mihi gratum, si ante eò ueneris.

Eidem: Per mihi per inquam gratum feceris.

☞ FACERE potestatem. *mechtich maken, macht gheuen.*

Varro de re rustica: Secundum cibum large ut bibant, faciunt potestatem.

Ibidem: Sæpe etiam quærendi potestatem facit de his.

Cicero in Verrem: Neque se alijs uidendi potestatem esse facturum.

☞ FACERE argentariam.

Ibidem: Qui argentariam Regij maximam fecerat.

Ibidem: Quam ille argentariam Lepti fecisse dicit.

☞ FACERE manum. *regragatoz militu*

Ibidem: Illi nocte, facta manu armataq; ueniunt.

☞ FACERE prælium. *præliari*

Ibidem: Princeps enim omnium Pāsa prælij faciendi, & cū Antonio confligendi fuit.

☞ FACERE uellaturam.

Varro de re rustica: Item dicuntur, qui uecturis uiuunt, uellaturam facere.

☞ FACERE cædem. *Cædi*

Cicero pro Tito Annio Milone: Obuiam fit ei Clodius expeditus

peditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis  
Græcis comitibus (ut solebat) sine uxore, quod nuncq̄ ferè  
cum hic insidiator, qui iter illud ad cædem faciendam ap-  
parasset, cum uxore ueheretur in rheda penulatus.

Ibidè: Potuit ne Fabritio uiro optimo, cum de reditu meo  
legem ferret, pulso crudelissima in foro cæde facta?

Idem pro P. Sextio: Cædem maximam facias.

¶ FACERE uota. *vouere*

Cato de re rustica: Marti Syluano in sylua interdium in capi-  
ta singula bouum uotum facio.

Idem pro Milone: Deinde subito uultu Milonis perterri-  
tus fugeret ad Tyberim, uos, & omnes boni uota feceritis,  
ut Miloni uirtute sua uti liberet.

Ibidè: Vota em̄ feceratis, ut in eos se potius mitteret, quàm  
in uestras possessiones.

¶ FACERE insidias. *insidiari*

Cicero pro Tito Annio Milone: Milo unus urgebat: hic Di  
immortales (ut supra dixi) mentem dederunt illi perdito,  
ac furioso, ut huic faceret insidias.

¶ FACERE funus. *sepelire*

Cic. pro Cluentio: Et ibi de intégro fun⁹ iã sepulto filio fecit.

¶ FACERE reum. *accusare*

Cicero pro Cluentio: Tamen habitus Oppianicū reum sta-  
tim non fecit.

Ibidem: Reum statim fecit.

Ibidem: Apud eosdem Iudices reus est factus.

¶ FACERE mentionem. *entsetzen*

Cicero pro Cluentio: Quo tandem igitur ore mentionem  
corrupti



corrupti iudicij facitis?

☞ FACERE iudicatum.

Idem pro Lucio Flacco: Cum iudicatum non faceret.

☞ FACERE imperata.

Cæsar in cōmentarijs: Iussus arma abijcere, imperata facere.

☞ FACERE uindemiam. *.i. vindemiare*

Varro de re rustica: Vuas autē legere, & uindemiam facere inter æquinoctium autumnale, & Vergiliarū occasum.

☞ FACERE sementem. *.i. sact doen*

Cato de re rustica: Sementem facito ita.

☞ FACERE hæredes. *Erue marche*

Cicero in Verrem: Viros bonos & honestos complures fecit heredes.

Ibidem: Fecit hæredem M. Octauium Ligurem.

☞ FERRE, inferre, & referre.

**F**erre, & inferre pedem, est intrare. Referre pedē est eius contrarium: quod inepte multi dicūt, retrahere se. Afferre pedem, uenire. Conferre pedem, simul congregari. Efferre pedem, est exire. Qui modi dicendi iam cum bonis alijs literis penè ad unum interierunt.

Vergilius: Inde domum si forte pedem, si forte tulisset, Me refero.

Idem: Ferte pedem, Fauniq; simul, Dryadesq; puellæ.

Horatius: Quam nec ferre pedem dedecuit choris.

Plautus in Menechmis: Propera Menechme fer pedem.

Ibidem: Huc intro retulisti pedem.

Titus Liuius ab Vrbe cōdita, inclinante iam in deterius Latinitate, præpositionem addidit, & Inferre pedem, pro Ferre di-

- Ferre dixit: Audent ultro gradum inferre.  
 Ibidem: Paulopost ultro inferens pedem, ad unum omnes occidit.  
 Ibidem: Clamore renouato inferunt pedem.  
 Horatius: Neq; impudica Colchis intulit pedem.  
 ¶ REFERRE pedem, *subtrahere se.*  
 Plautus in Mercatore: Hanc uolo prius rem agi; q̄ meum intro refero pedem.  
 Vergilius: Ille pedem referens, & inutilis, inq; ligatus, Cedebat.  
 Ouidius de Ponto:  
 Cum profugum possis ipse referre pedem.  
 Ibidem: Turpe referre pedem: nec passu stare tenaci.  
 Catullus: Ad Idæ rettuli nemora pedem.  
 Propertius: Nescit uestra ruens ira referre pedem.  
 Galba Ciceroni: Duæ cohortes erant, & cohors prætoria pedem referre cœperunt.  
 Titus Liuius ab urbe condita: Cum gradum rettulissent.  
 Ibidem: Interfectum rati gradum rettulerunt.  
 Ibidem: Ni referentibus gradum consul metum excussisset.  
 Ibidem: Vt pariter & socij rem inciperent, referrentq; pedē.  
 Ibidem: Dum pedem referunt, ne à tergo uulnerarentur.  
 Ibidem: Primo resistunt: deinde referunt pedem.  
 Ibidem: Dolo, non metu pedem rettulit.  
 Ibidem: Tum primum referri pedem apparuit.  
 Cæsar in commentarijs: Pedem referre, & loco excedere non turpe putarent.  
 Ibidem: Vulneribus defessi pedem referre.

Ibidem



Ibidem: Paulatim modo pedem retulerunt.

Ibidem: Per moti Barbari constiterunt, ac paulum modo pedem retulerunt.

CAFFERRE pedem. *venire*

Catullus: Abite unde malum pedem attulistis.

CONFERRER pedem. *congradi*

Cicero pro Planco: Non possum magis conferre pedem (ut aiunt) aut propius accedere.

EFFERRE pedem. *exire*

Plautus in Captiuis: Seruate istū sultis intus serui, ne quoq̄ pedem efferat.

Vergilius: Mé ne efferre pedem genitor te posse relicto Sperasti?

Cicero ad Atticum: Nunc illum, qui pedē porta quoad hostis cis Euphratem fuit, nō extulerit, honore augeri? me in cuius exercitu spem illius exercitus habuit, idem nō assequi dedecus est nostrum.

FACINORIS, & sceleris crimen:

**O**bseruandus & hic dicendi modus, quo Cicero aliquādo usus, posteros ut identidem uterentur edocuit: cum Facinoris crimen, crimen sceleris, crimen delicti quandoq̄ posuit. Crimen enim quandoque pro quadam quasi calumnia, siue accusatione: quandoq̄ pro ipso delicto: interdum pro genere peccati: Facinus uero, & scelus pro quadā specie, uel forma diffinitur.

Cicero M. Marcello: Primum ad se reuocarent maximi facinoris crimen.

Ibidem: Cur non cōprehenderint, cur nō ipsius confessionē

A facinoris

facinoris multorum oculis, deniq; uoce, tanti sceleris crimē  
expresserint.

Idem pro Cornelio Bal. Nam uerius nihil est, q̄ quod he-  
sterno die dixit ipse, ita L. Corneliū de fortunis omnibus  
dimicare, ut nullius in delicti crimen uocaretur.

Vergilius: Et crimine ab uno disce omnes.

Idem: Sere crimina belli.

Idem: Crimen amor uestrum.

Cic. pro P. Silla: Cur in pari causa, non paria signa criminis  
reperiuntur?

Ibidem: Qui ab illis etiam in crimen uocantur.

Ibidem: Et ex ea crimen aliquod in P. Sillam quæris.

Ibidem: Neq; enim istorum facinorum tantorum tam atro-  
cium crimen iudices P. Sillæ persona suscipit.

Idem pro Q. Ligario: Nouum crimen C. Cæsar, & ante hūc  
diem inauditum.

Ibidem: Ergo hæc duo tempora carent crimine.

Ibidem: Sceleris uero erimine furoris parricidij immunes sint.

Idem pro L. Flacco: Maledictū omne nō modo crimē effugit.

Idem pro domo sua: Cui ego crimini respondere sine mea  
maxima laude non possum.

FACTVS ad unguem, ad libidines, non ita factus.

**F**ACTUS ad unguē, factus ad libidines, non ita factus, mo-  
di sunt loquendi felicitis illius sæculi elegantissimi.

Horatius: Fonteius ad unguem factus homo.

Cicero in Verrem: Rubrius quidam homo factus ad istius  
libidines.

Idem in Bruto: Siue quod natura nō esset ita factus.

Ad exem-



¶ AD EXEMPLVM, uel ad exemplar.

**A**D exemplum autem, uel ad exemplar, idem est quod ad similitudinem. *vel instar.*

Plautus in Mercatore: Verum ad hoc exemplum nunq̄ ut nunc infanio.

Horatius: Plautus ad exemplar Siculi properare Epycarmi.  
Alphænus de cōditionibus, lege, in testamento: Vt monumentum ad exemplum eius, quod uia salaria esset, fieret.

¶ NE ea res mihi sit fraudi. Fraus.

**N**E ea res mihi sit fraudi, hic modus loquendi apud uereres id significat, quod, Ne ea res mihi ascribatur, uel ne noceat, neue uitio detur, unde pœna aliqua proueniat.

Antiqui enim fraudem pœnam uocabant.

Vulpianus de edilitio edicto, lege, Cum autē: Veteres fraudem pro pœna ponere solebant.

Cicero pro L. Murena: Id erit eius uictrico fraudi ac crimini.  
Idē Attico: Fit gratia Bruti S. consultum, ut neue salaminis neue qui eis dedisset, fraudi esset.

Idem in Verrē: Statuūt illi, atq; decernūt, ut hæ litera, quibus existimatio C. Verris læderetur, remouerētur: operaq; daretur, ne ea res C. Verri fraudi esse posset.

Idē pro Sexto Roscio Amerino: Id erit ei maximæ fraudi.

Idē in Philippicis: Censeo ut ijs, qui in exercitu Antonij sunt ne sit ea res fraudi, si añ Caleñ. Februarij ab eo discesserint.

Ibidē: Duos Gn. Pōpei summi, ac singularis uiri fratres incolumes haberem⁹, quib⁹ certe pietas fraudi esse nō debet.

Ibidē: Eis fraudi ne sit, quod cum M. Antonio fuerint.

Idem pro Cluentio: Quæ res nemini unq̄ fraudi fuit.

A 2

Idem Len-

*dat it my nicht vpgelacht  
werde.*

Idem Lentulo: Si quid ex ijs rebus, quas tibi fortuna largita est, nonnullorum hominū perfidia detraxerit: id maiori illis fraudi, quàm tibi futurum.

Horatius in Odis: Tu separatis Vuidus in iugis, Nodo coerces uiperino Bistonidum sine fraude crines.

Idem: Cui per ardentem sine fraude Troiam, Castus Aeneas patriæ superstes, liberum muniuit iter, daturus plura relictis.

Vulpianus: Si quid in fraudē, lege, Si quid dolo. Cognoscit Prætor, & operā dat, ne ea res fraudi sit.

T. Li. ab urbe cōdita: Alij metu, ne non uenisse fraudi esset.

Ibidem: Ne cui fraudi esset conscisse milites.

Ibidem: Ne cui fraudi esset secessio militum, plebisq̃.

Ibidem: Vt transitio sibi, nec fraudi, nec honori sit.

Ibidē: Latū ad populum est, ne Seruilio fraudi esset, quod patre uiuo ædilis plebis fuisset.

Ibidem: Vt qui ciuis Campanus ante certum diem trāsisset, sine fraude esset.

Ibidem: Sua omnia sine fraude Pecij deportant.

Idē de bello Punico: Vt sine fraude Punicum emitteretur præsidium.

Idē ab urbe cōdita: Militibus cauendū, ne fraudi secessio sit.

Ibidem: Tulit ne cui fraudi secessio esset.

Ibidem: Iudiciibus ne fraudi ea res sit curare.

GERMANVS.

**G**ermanus non solum frater, aut ex Germania oriūsus quod manifestum est: Sed quandoq̃ etiam germana patria, germana lingua, german<sup>9</sup> Atticus, & huiusmodi dicitur.



titur. A germine tamen omnia deriuantur, quasi inde germinata sit ea res, de qua dicitur.

Plautus in Captiuis: Nā illi quidem Theodoromedes fuit germano nomine.

Idem in rudente: Atq; heras tuas quidem herde, atq; ex germana Græcia.

Cicero de Oratore: Hanc ego iudico formam submissi oratoris, sed magni tamen, & germani Attici.

Ibidem: Hos germanos huius artis magistros.

Idem in Rullum: Illi ueteres, germaniq; Campani.

Idem de legibus: Quia si uerum dicimus, hæc est mea, & huius fratris mei germana patria: hic em̄ orti stirpe antiquissima sumus.

Idem: Hunc locum idem ego te accipio dicere Arpinum germanam patriam esse uestram.

Idem in Verrem: Quantū inter hūc & illum Numidicū uerum & germanum Metellum interesset.

Idem de officijs: Sed nos ueri iuris, germanæq; iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus.

Idem in academicis: Erat quippe si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis.

¶ GENERATIM, speciatim.

**G**eneratim, & speciatim, antiqui illi Latinitatis conditores sæpe in operibus suis scriptum reliquerunt. Posteriores hæc ut optima quæq; deprauarunt: nam generaliter & specialiter passim eorum loco posuere. Videbunt ergo uiri ueræ Latinitatis studiosi autoritates, quas pro re paucas notauit: & discrimen quod sit inter priscam Latinitatem, & in-

A ; troductam

troductam barbariem facile agnoscent.

Cicero de Oratore: Nulli fuerunt, qui illa artificiose digesta generatim componerent.

Idē de reditu suo: Legem speciatim initio de salute mea promulgauit.

Vergilius: Generatim discite cultus.

Vitruuius: Et ijs mixtionibus naturali temperatura figurantur omnium animalium in mundo generatim qualitates.

Idē: De parietibus, & apparitione generatim materiae eorum, quibus sint uirtutibus & uitijs, quemadmodum potui, exposui.

Cæsar in commentarijs: Multa præterea generatim ad auaritiā excogitabantur.

¶ GRAUATE. *illibenter*

**G**rauate, aduerbio ueteres utebantur: id est quod moleste: quo loco inepte dicunt, cum displicentia.

Plautus in Bacchidibus: Quam grauate pater dedit?

Tullius de Officijs: Grauate ille primo.

T. Liuius ab Vrbe condita: Haud grauate minis obeundo.

Idem de bello Macedonico: Id grauate concessum regi est.

¶ GAUDERE in sinu.

*Adagium*

**G**audere in sinu, modus loquendi hic apud illos ueteres significat aliquem tacite re, & fortuna sua contentum uiuere. *by sichselues fro sin*

Cicero in Tuscu. Ut in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.

Ouidius: Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.

¶ GRATVLARI hanc rem, hac re, & de hac re.

**G**ratulor tibi hanc rem, & hac re, & de hac re, ab doctis sæpenumero indiscrete dictum.

Plau. in



Plautus in Captiuís: Eunt obuiá, gratulanturq; mihi eã rê.  
Cælius Ciceroni: Gratulor tibi affinitate uiri mediuffidi-  
us optimi.

In Verrem: Appellat hominem, & ei uoce maxima uictori-  
am gratulatur.

Létulo: Quod mihi de nostro statu, de Milonis familiarita-  
te, de leuitate, & imbecillitate Clodij gratularis, minime mi-  
ramur.

Ibidẽ: Quod mihi de filia, & de Crassipede gratularis, agno-  
sco humanitatem tuam.

**H**ABERE honorem, habere honores. *yn eren halden.*

**Q**Uã pauci obseruauere hunc dicẽdi modũ: Habere  
honorẽ, & habere honores: quo antiqui, & propè di-  
uini illi uates utebantur. Est enim habere honorem, quod  
honore, honoribus afficere, & officijs profequi. Quan-  
doq; habere honores, per translationẽ id significat quod  
honore ad consequendos Magistratus.

Plautus in Aulularia: Cœpi obseruare ecquid maiorem fili-  
lius mihi honorem haberet, q̃ eius habuisset pater?

Idẽ in Stico: Neq; ille eos honores mihi q̃s habuit, pdidit.

Cic. p L. Flacco: Cui null⁹ honos i sua ciuitate habit⁹ ẽ unq̃.

Idem pro domo sua: Quare ne tibi hunc honorem à me ha-  
beri forte mirere.

Idem Attico: Huic habiti à me honores nulli quidem Brute  
nisi debiti.

Idem Tironi: Curio misi, ut Medico honos haberetur.

Idem in Verrem: Tu ex illius honore in eos ipsos, qui hono-  
rem illi habuerant, supplicia quærebas.

Idem in

**Idem in eundem:** Habuit honorem ut proditori, non ut amico fidem.

**Idem Rufo:** Si honos is fuit, maiorem tibi habere nō potui: si fides, maiorem tibi habui, q̄ penè ipsi mihi.

**Idem in Antonium:** Ex literis enim C. Pansa, A. Hirrij Cōsulum C. Cæsaris Proprætoris de honore Dñs immortalibus habendo sententias diximus.

**Cato Cic.** Scis enim quàm attente te audire soleã: te nō tam res gestas, q̄ mores, instituta, atq; uitam imperatorū spectare solere in habendis, aut nō habendis honoribus.

¶ HABERE sermonem.

**Habere sermonem,** id est facere uerba, colloqui, cōmentari.

**Varro de re rusti.** Narrasti quidem eidē qui sermones sint habiti.

**Ibidē:** Referã sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper.

**Ibidem:** Ad te nisi hæc, recordatus de ea re sermones, quos de uilla perfecta habuissimus.

**Cicero Attico:** Multum is mecum sermonē habuit, & perhumanum, de discordijs multorum.

¶ HABERE iter.

**Habere iter,** idem est quod iter facere: sed modi ij diuersi, idē significantes, memoriæ mandandi sunt.

**Cicero Attico:** Et ille in Sardiniam iter habebat.

¶ HABERE fidem.

**Habere fidem uerbis,** idem dicendi modus est, quo multi inepte dicunt, Dare fidem uerbis.

**Cic. Cōsulibus, Tribunis plebis, senatui, populóq; Romano:**  
Cum essent



Cū essent nōnulli, qui ei Regi minorē fidē habēdā putarēt.  
Idem in Verrem, actione sexta: Fides huic defensionī non  
haberetur.

Idem pro Cluentio: Non solum sibi potestatem datam, ue-  
rumetiam fidem habitam esse meminisse.

¶ HABERE Senatum.

Cicero pro domo sua: Cum in Capitolio Senatum duo cō-  
sules haberent.

¶ HOMO Romanus, Græcus, adolescens.

**H**OMO Romanus, homo Græcus, homo adolescens, ho-  
mo Italicus, homo nouus, homo consularis, homo ali-  
enigena, homo ualens: modi sunt loquēdi, à diuina illa ue-  
tustate celebrati, à superuenienti uero barbarie neglecti,  
Varro de re rusti. Duo in primis uidentur spectasse Italicū  
homines.

Cicero in Vatiniū testē: Tertiū scies ex illo obsessō, atq; affli-  
ctō Tribunatu Consularē auctoritatem hominē esse ado-  
lescentem consecutum.

Idem pro M. Cælio: Aliquid adolescentem hominem ha-  
buisse rationis.

Idem de Prouincijs Consularibus: Cōstabat enim Græcum  
hominē, ac leuem in ipsa prouincia quasi triumphasse.

Idem pro lege Mani. Quid tam nouum, q̄ homini perado-  
lescenti, cui à Senatorio gradu ætas longe abesset, Imperiū  
atq; exercitum dari?

Salustius in Catilina: Deliquere homines adolescentuli per  
ambitionem.

Cicero Attico: In quo magis reprehēdendus sum, quod ho-

B mo Ro-

mo Romanus Pireæ scripserim.

Eidem: Regnū Romano homini, sed ne per se quidē cuiq̄ tolerabile.

Idem in Philippicis: Dicam quod dignum est Senatore & homine Romano.

Idem in oratione ante exilium: Consularis homo nō minimis facultatibus usus.

Asconius: Mancipes sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quæstus sui causa decimas redimunt: qui pastum, aut pecora publica, Portorij aut Pecuarij: quorum ratio scriptura dicitur.

¶ HOMO nouus.

**H**omo nouus est, qui nullis maiorum suorū rebus prædare gestis, sed à sua uirtute dare incipit.

Cicero in oratione ante exiliū: Non accusatur quod Rempub. oppugnarit, sed quod homo nouus perniciosum nobilium restrinxerit furorem.

Idem de officijs: Quod prædare ædificasset in palatio, & plenam dignitatis domum: quæ cum à uulgo uiseretur suffragata domino, nouo homini ad Consulatum putabatur.

Salustius in Iugurtino: Etiam homines noui, qui antea per uirtutem soliti erant nobilitatem anteuenire.

¶ HOMO alienigena.

Cicero pro Rege Deio. Hisdē rebus est perturbatus homo longinquus & alienigena.

¶ HOMO ualens.

**Q**uam prope uulgarem Romanum sermonem: & quæ etiam nūc durat, dicitur Homo ualens: qui nihil aliud est, quæ



est, q̄ homo, qui uiribus magis, q̄ industria aut uirtute aliqua ualet, praestatue.

Cicero pro Aulo Cluentio: Cum Albio quodā colono homine ualente, qui simul esse solebat, familiarius uteretur.

Idem in Verrem: Sex lictores circūstunt ualentissimi, & ad pulsandos, uerberandosq; homines exercitatissimi.

¶ RATIONEM habere. .i. respectū habere

**H**abere rationem, is dicendi modus frequens, & notus est: id enim significat quod illiterati habere respectum dicunt, & genitiuo iungitur. Habere aut̄ rationem cum aliquo, id est quod inepte Computum facere, aut computare dicunt. Ratio enim hoc loco pro calculo accipitur, ut Ratio accepti & expensi. *.i. computatio leuatoꝝ et expositoꝝ.*

Cicero de senectute: Habent enim rationē cum terra, quae nunq̄ recusat imperium.

Varro de re rustica: Etenim ubi ratio cū Horco habetur, ibi non modo fructus est incertus, sed etiā colentium uita.

Cice. Attico: Nunc uero quoniam quæ putauī esse præclara, expertus sum q̄ essent inania, cum omnibus Musis rationem habere cogito.

¶ Habere rationē absentis, etsi, ab eodem significato dependet, non tamen ita planum, & in campo positum est. Cum enim ij haberant qui uel sacerdotia, uel Magistratus petebāt, aut ex illis decedebāt alios honores petituri: corū absentiu ratio ita interdum habebatur, ut absentes secundū praesentes tractarentur. Quandoq; factione, aut odio aliquo intercedente, nulla absentium ratio habebatur. Quod in Caesaris causa factū est; q̄ cū p̄fecto decennio, Galliarū

B 2 Imperio

Imperio Consulatum secundū peteret, ab Senatu obtineri non potuit, ut eius absentis ratio haberetur: Vnde armis patriam adortus regnandi causa, ius uiolauit. Sed quomodo haberetur ea ratio primum dicamus, deinde quomodo Cæsari negatum fuerit.

Cic.Bruto: Ciceronem nostrum in uestrum collegium cooptari uolo. Existimo omniū absentium rationē Sacerdotum Comitij posse haberi, nam etiā factum est antea. C. enim Marius cum in Cappadocia esset, etiam lege Domitia factus est Augur. nec quo minus id postea liceret ulla lex sanxit, etiā in lege Iulia, quæ lex ē de Sacerdotijs proxima his uerbis: Qui petit, cuiusq; ratio habebitur: aperte iudicat posse rationē haberi etiam non præsentis. & subdit: Sed quāuis liceat absentis rationem haberi, tamē omnia sunt præsentibus faciliora.

Idem in Philippicis: Duo tamen tempora inciderunt, quibus aliquid contra Cæsarē Pompeio suaserim, ea uelim reprehendas si potes: Vnum ne quinquennij Imperiū Cæsari prorogaretur: Alterū ne pateretur fieri, ut absentis eius ratio haberetur. quorū si utrūuis persuasissem, in has misérias nuncq; incidissemus.

Idem Aulo Cecinnæ: Rationē haberi absentis non tam pugnauit ut liceret, quā quādo ipso Consule pugnante populus iusserat haberetur.

Idem Attico: Cur tantopere pugnatum est, ut de eius absentis ratione habenda decem Tribuni plebis ferrent?

Ibidem: Idem etiam tertio Consulatu postq; esse defensor Reip. cœpit, contendit, ut Decē Tribuni plebis ferrēt, ut absentis ratio



sentis ratio haberet, quod idē ipse sanxit lege quadā sua.  
 Ibidem: Aut cum (ut absentis ratio haberetur) ferebamus.  
 Idem Tyroni: Ad Cōsulatus petitionem se uenturum, neq;  
 se iam uelle absente rationem haberi suam, se præsentem  
 Trinundinum petiturum.

¶ HABEO dictum, Habeo dicere.

C Onfine uulgari nostro est: Habeo dictum, habeo di-  
cere, & habeo polliceri, sed elegātia plenum est.

Plautus in Perfa: Satis iam habeo dictum.

Cicero in Antonium: De Cæsare satis dictum habeo.

Idem pro Cornelio Balbo: Quid habemus igitur dicere de  
 Gaditano fœdere?

Idem de natura deorum: Hæc ferè dicere habuit de natura  
 deorum.

Idē de diuinatiōe: De nostris somnijs quid habem⁹ dicere?

Idem Lentulo: De Alexandrina, causaq; Regia tantum ha  
 beo polliceri me tibi absenti, tuisq; præsentibus cumulate  
 fatissacturum.

Idem Attico: Eo minus habeo necesse scribere.

Vulpianus: Si ingenuus libertus esse dicatur, lege, Quotiēs:  
 Probare libertum suum necesse habet.

¶ IAM à principio.

I Am inde à principio, Iam inde usq; à puero, Iam à pue  
 ro, à pueris, usq; à pueris, & à puero, Iam inde ab adole  
 scentia, Iam inde usq; à pueritia; modi sunt loquendi, nati  
 uo Latinitatis cādore respersi, non interpretis, sed studiosi  
 imitatoris egentes.

B 3

¶ Apue

¶ **A** puero. *vā pōges vop*

Plautus in Stico: Iam inde à Pausillo puero ridiculus fui.

Cicero in Tusculanis: Homini præsertim docto à puero, institutis & artibus ingenuis erudito.

Ti. Li. de bello Punico: Iam inde à puero assuetus.

¶ **I**AM à pueris, & à pueris.

Terentius in Heauton. Qui nos putant iam à pueris illico nasci senes.

Ti. Li. de bello Punico: Ita se à pueris assuetos.

¶ **V**SQVE à pueris, & iam inde usq; à pueritia.

Terentius in Adelpis: Vsq; à pueris curavi ambos sedulo.

Idem in Heauton. Nam mihi magna cum eo iam inde usq; à pueritia semper fuit familiaritas.

¶ **I**AM inde à cunabulis, & inde ab incunabulis.

Varro de re rustica: Iam inde à cunabulis.

Titus Liuius ab Vrbe condita: Inde ab incunabulis imbutus odio Tribunorum.

¶ **I**AM inde ab initio. *vā beginn her*

Ti. Li. ab Vrbe condita: Iam inde ab initio præparās animos.

Ibidem: Iam inde ab initio.

Ibidem: Iam inde ab initio Faustulo spes fuerat Regiam stirpem apud se educari.

Ibidem: Vt institutum iam inde ab initio erat.

¶ **I**NDE à principio, & iam inde à principio.

Plau. in Bacchidib; Inde à principio iam impudēs epistola ē.

Idē in Casina: Vt uos mihi æquos iam inde à principio dicā.

Cic. p Cornelio Balbo: O iura p̄clara. atq; diuinitus iam inde à principio Romani nominis à maiorib; nostris cōparata.

Titus



Titus Liuius de bello Punico: Iam inde à principijs gentis maiores suos bella gessisse.

¶ IAM inde ab adolescentia.

Plautus in Bacchidibus: Hi senes nisi fuissent nihili, iã inde ab adolescentia nõ hoc tantũ flagitium facerent.

Teretius in Adelphis: Is adeo dissimili studio est iam inde ab adolescentia.

¶ IAM inde à certaminibus.

Titus Liuius ab Vrbe condita: Iam inde à paternis certaminibus inuisus.

¶ IAM inde à teneris.

Vergilius in Georgicis: Iam inde à teneris impende laborem.

Cicero de Oratore: Est enim illorum exercitatio elegãs iam inde ab Aristotele constituta.

Titus Liuius de bello Macedonico: Tentare gentem auersam Romanis iam inde ab Racilli morte.

¶ ID temporis. *8 rje*

**I**D temporis, per id tempus, id ætatis, hoc ætatis, id hora, eò loci, quò loci: elegantissimo dicendi modo scriptũ apud illos Veteres comperitur: quod est obseruatione, & imitatione dignissimum.

¶ ID temporis. Per id tempus.

Varro de re rustica: Itaq; eorum fructus id temporis maxime consistit.

Ibidem: Quod ibi saepe id tẽporis oriuntur nimbi.

Cicero de Oratore: Et nos ipsi, quoniam id temporis est, ualitudini demus operam.

Ibidem:

**Ibidem:** Sed nunc quidem quoniam id temporis est, surgendum censeo.

**Idem de finibus bonorum & malorum:** Quod is locus ab omni turba id temporis uacuus esset.

**Idem Attico:** Venit enim ad me, & quidem id temporis, ut retinendus esset.

**Idem pro Milone:** Deinde profectus id temporis, cum iam Clodius siquidem eo die Romam uenturus erat, redire potuisset.

**Idem in Catilinam:** Quos ego iam multis, ac summis uiris ad me id temporis uenturos esse prædixeram.

**Titus Liuius ab urbe condita:** Ut purgaret se, quod id temporis uenisset.

**Hircius in commentarijs:** Id temporis conati ad murum accedere, ut oppidum caperent.

**Ibidem:** Incidit idem temporis.

**Ibidem:** Per idem temporis.

**Cicero in Bruto:** Et quidem duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se.

**Hircius in commentarijs:** Per id tempus ferè Cæsaris exercitui res accidit, incredibilis auditu.

¶ **ID AETATIS,** *yn dem older*

**Plautus in Asinaria:** Neq; puduit eum id ætatis Sycophantias struere.

**Cic. Torānio:** Ita uiximus, & id ætatis iam sumus, ut omnia, quæ nostra culpa nobis accident, fortiter ferre debeamus.

**Idem De oratore:** Quoniam id nobis Antoni hominibus id ætatis oneris imponitur.

Idem



Idem pro Aulo Cluentio: Se in balneis cum id ætatis filio fuisse.

Idem in arte Rhetorica: Cum id ætatis, & priuatus essem.

Idem Attico: Credo Platonem uix putasse satis consonū, si hominē id ætatis in tā longo sermone diutius retinuisset.

Idem pro Lucio Flacco: Qui quoniam est id ætatis.

Titus Liui. ab Vrbe condi. Quis, & cuias, & cur id ætatis in castris fuisset.

Ibidem: Qui se id ætatis sollicitassent.

¶ HOC ætatis. Quid sis ætatis.

Plautus in Trinūmo: Quanq̄ hoc me ætatis sycophantari pudet.

Idem in Bacchidibus: Censebam me effugisse à uita maritima, ne nauigarem tandē hoc ætatis senex.

Ibidem: Pudet hocine ætatis ludū n̄s factum esse indigne.

Ibidem: Hoc demum est quod percucior, me hoc ætatis ludificari.

Idem in Persa: Ego scio quid sis ætatis.

¶ EO loci, quò loci.

Cicero Attico: Res eodem est loci, quò reliquisti. *vp d̄ stiede.*

Vulpianus de Iudicijs, lege, Hæres: Defendere se eò loci debet.

Idem eodem titulo, lege, Sed et si: Si ea res, quæ per fideicōmissum relicta est, eò loci sit, dicendum est nō debere præscribi.

Idem de noui operis nunciatione, lege, De pupillo: Qui eò loci operantur.

Idem de Senatuscōsulto Sillaniano, lege, Cum aliter: Qui

C cunq̄ eò

cunq; eò loci fuerunt, unde uocem exaudire potuerant.  
Vitruuius: Quò loci describuntur lineæ.

¶ IURARE conceptis uerbis. Periurare.

*v. scdm præptā formaz  
verborū iuracē.*

**I**urare conceptis uerbis, & periurare, modus est loquendi  
apud ueteres. Formula enim quædam iuramento propone  
batur certis notatis uerbis, in quam iurandum esset: quan  
doq; absolute conceptis iurare dicebatur.

Plautus in *Asinaria*: Vbi uerbis cōceptis sciens libenter per  
iuraris.

Idem in *Cistellaria*: At ille conceptis iurauit apud matrem  
meam.

Idem in *Mercatore*: Cōceptis uerbis iam iusiurandū dabo.

Idem in *Trunculento*: Quid si me iubeat intromittere? con  
ceptis me non facturum uerbis iurem?

Idem in *Bacchidibus*: Ego iusiurandū cōceptis uerbis dedi.

Cicero pro *Aulo Cluentio*: Dixit se scire illum uerbis conce  
ptis peierasse.

¶ IURARE in uerba.

**I**urare in uerba: id est quod iuramento promittere, seruare  
ea, quæ uerbis conceptis essent promissa: modus est ita lo  
quendi.

Horatius: In uerba iurabas mea.

Idem: Nullius addictus iurare in uerba magistri.

¶ IMPINGERE.

**N**on est impingere quod adscribere, aut attribuere, ut  
nonnulli insulse uolunt: sed in faciem, aut oculos ia  
ctare, ut infra.

Cicero de *Tusculanis*: Huic calix mulsi impingendus est, ut  
plorare



plorare desinat, aut aliquid eiusmodi.

Idem ad Atticum: Impegit formulam Scaptio.

Vergilius: Impingeret agmina muris.

#### INFANTIA

**I**nfantia non pro aetate solum, sed pro dicendi inscitia ab ueteribus illis ponebatur.

Cicero Attico: Omnino accusatoris incredibilis infantia,

Idē pro Cluentio: Si nihil dixissem, ne infantissimus: si multa in eiusmodi causa dixissem, ne impudentissimus existimarer.

#### IMPRESSIO.

**Q**uid sit impressio, diu, multumq; meditans, cū apud nonnullos reperissem impressionem factam esse, adductus sum ut id esse crederem quod impetū, quod quasi per impressum terrorem fiat.

Varro libro secundo rerum rusticarum: Hostes se arbitrati occasionem habere uictoriae, impressionem facere ceperunt in castra.

Idē de lingua latina: Piso in Annalibus scribit, Sabino bello, quod fuit Romulo & Tacio, uirum fortissimum Metiū Curtium Sabinum, cum Romulus cum suis ex superiore parte impressionem fecisset, Curtium in locum palustrem qui tum fuit in foro, anteq; cloacae sint factae, secessisse, atq; ad suos in Capitolium recepisse, ab eo lacum inuenisse nomen.

Cicero pro Lutio Flacco: Nō igitur impressio, nō occasio, nō uis, non tempus, non imperium, non secures ad injuriā faciendam Flacci animum impulerunt.

B 2 Hircius

mobid

Hircius in cōmētarijs: Ut omnium multitudinem in fines Suefionum, qui Remis erant attributi, faceret impressionem.

Ibidem: Cæsar equitum turmas suorum iubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionem.

Ibidem: Quo facto, sui sublatis uniuersi in hostes impressione facta in fugam aduersarios dederunt.

Titus Liuius ab Urbe condita: Postquam impressionem sensere ex aduerso factam, & ante oculos micare gladios.

Ibidem: Duo extra ordinem milia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem faceret, tenuere.

Ibidem: Impressionem una totum equitatum fudere.

Ibidem: Repetendo signo primam impressionem factam.

Ibidem: Reintegrato clamore secuti dant impressionem.

Ibidem: Dein ualida impressione pulsi terga uertunt.

Ibidem: Non ferentes impressionem Latinorum, se ad Principes rettulere.

**INIRE gratiam.** *frütschap beygen by ymade.*

**I**nire gratiam, inire rationem, inire Magistratum, inire consilium, inire pugnam: modi sunt loquendi Romano candore conditi, & memoriam maxime mandandi.

*1. fauore & amiri adipisci  
apud aliquem*

**INIRE gratiam:** & cum præpositione a, uel ab.

Plautus in Curculione: Inibis à me solidam, & grandem gratiam.

Idem in Trinūmo: Hoc pacto ab illo inibis summam gratiam.

Idem in Asinaria: Bene herde facitis, & à me initis gratiam.

Idem in Stico: Nunc me gratiam abs te inire uerbis nihil desidero.

Idem in Mostellaria: Eandem inis gratiam.

Idem in Cistellaria: Hanc inibo gratiam ab illis.

Ibidem



Ibidem: Et eo à me magnam inistis gratiam. *v. a me magnā amicitia adepti estis*

Ibidem: Si eam demonstrat, ineat magnam gratiam.

In Epidico: Si isthunc hominē, quem tu quæritas, tibi cōmo-

strasso, ecquam abs te inibo gratiam? *+ ecce quā a te obtinebo amicitiaz.*

Terentius in Adelphis: Ego lepidus in eo gratiam.

Idem in Eunuchō: Adibo, atq; ab eo gratiam hanc, quā ui-  
deo uelle, inibo.

Idem in Ecyra: Vt gratiā ineat sine dispendio suo.

Cicero Seruio Sul. Gratiā quoq; nos inire ab eo defenden-  
da pace arbitrabatur.

Idem de Officijs: Sin erunt merita, ut nō ineunda, sed refe-  
renda sit gratia, maior quædā cura adhibenda est.

Idem in Verrem: Nemo erat uolūtarius laudator Præturæ  
tuæ, defensor periculorū tuorum: præsertim cum inire à po-  
pulo Romano gratiam posset nemo.

Ibidem: Vt idem Pompeius non ab homine solum, sed eti-  
am à prouincia tota se huius absolutione inire gratiam ar-  
bitraretur.

Cæsar in commenta. Qui se summā à Cæsare gratiam ini-  
turos putarent.

Titus Liuius de bello Macedonico: Apud Regem gratiam  
initam uolebant.

Idem de bello Punico: Gratiam magnam apud Anibalem  
inituros.

Idē de bello Macedonico: Vt dū liceret gratiā inirent.

¶ **INIRE** rationem. *zeit vynden.*

Cato de re rustica: Vbi ea cognouit, rationem inire oportet  
operarum, dierum.

C 3 Cicero in

Cicero in Verrem: Mihimet ineunda ratio, & uia reperiēda est, qua ad Aproniū, siue adeo qua ad istius ingentem, immanemq; prædam possim peruenire.

Idem Rufo: À me inita ratio est, quam quidem omnes non solum probant, sed etiam laudat.

Idem Ser. Sul. Adiuues, in easq; rationem, quemadmodū il la mulier Romam perducatur.

Idē contra Rullū: Inietur ratio quæstus de uestra pecunia.

Cæsar in commentarijs: Vt quo primum curreretur, aut cui rei ferretur auxilium, uix ratio iniri posset.

Titus Liuius ab urbe condita: Ab eodem inita ratio est.

Ibidem: Inita tandem ratio est, ut quod uiribus deerat, arte æquaretur.

Ibidem: Ne oppugnandi certa ratio iniretur.

Ibidem: Haud facile inibatur ratio iubendi.

Ibidem: Inita ratione minuendi eius.

Ibidem: Vix se rationem inire posse, utrum à se audacius, an fugacius ab hostibus geratur bellum.

Idem de bello Punico: Rationem inijt, qua Senatū seruaret.

Ibidem: Ne tantum bellum efficerent inibatur ratio.

Ibidem: Se aliquam rationē inituros, quomodo ab Hispanis sumant.

Idem de bello Macedonico: Atq; ego nonnullarum cupiditatum, nec causam quidem, aut rationem inire possum.

¶ INIRE consilium. *zeitplaegen*

Cicero ad Brutum: Consilia inire cœpi Brutina planè.

T. Li. de bello Punico: Inde consilia inire cū genero cœpit.

Idē ab urbe con. Qui regni recuperandi consilia inissent.

Caesar



Cæsar in commen. Vnà cum Ambiorige consilium inierat.

¶ INIRE pugnam, & prælium. *strijt bestaen.*

Plautus in Amphitruone: Antec̄ cum Taphiis à te pugna fit inita.

T. Liuius de bello Punico: Tētata uerius pugna, c̄ inita est. Idē ab urbe cōdita: Hoc ultimum utrinq; initum, finitumq; est prælium.

¶ INIRE urbem. *est stat yntōmen*

Titus Liuius ab urbe condita: Vt ouans sine militibus urbē iniret.

Ibidē: Triumphantes uictore cum exercitu urbem inierunt.

¶ INIRE consulatum. *bozgmester worden*

Titus Liuius ab urbe condita: Consulatum ineunt.

¶ INIRE numerum interfectorum. *dē taad of de mēnichte celtāgen 8 3plagf.*

Idem de bello Macedonico: Numerus interfectorum haud facile iniri potuit.

¶ INIRE interregnum.

Idem ab urbe condita: Tertio die, c̄ interregnum inierat, cōsules creat.

¶ INIRE epulas. *tem eeten gaen*

Cicero in secundo de legibus: Sequebantur epulæ, quas inibant propinqui coronati.

¶ INIRE conuiuium. *to gaste kōmen*

Idem in Verrem actione sexta: Quo cum inirem conuiuū, nemo unq; nisi turpis, impurusq; uoluisset.

¶ INTENTARE mortem, manus.

**I**ntentare mortē, intētare manus, modo loquēdi elegantissimo ueteres illi frequenter usi sunt: id enim significat quod

- quod mortē cōminari, manus ferè iniicere.  
 Cic. pro Milone: Intentauit uero seruos: nō arma, nō uim?  
 Ibidem in Tusculanis: Is ardetes faces intentat.  
 Vergilius: Præsente m̄q; uiris intentant omnia mortem.  
 Ouidius in Metamorphosi: Conata ēq; loqui, & magno clamore proteruas Intentare manus.  
 Cicero pro Milone: Itaq; quādo illi<sup>9</sup> postea sica illa, quam à Catilina acceperat conquieuit: hæc intentata nobis est, huic ego uos obijci pro me non sum passus.  
 Asconius Pedianus: Circūuenti sunt ante tribunal eius accusatores, à notis operarum ducibus: ita ut mors intentaretur, si mox non desisterent.  
 Ti. Li. ab Vrbe cōdita: Prænestinis iam intētari arma.  
 Ibidem: Dictatorum fulmen in se intentatum.  
 Ibidē: Virgas & secures uictoribus intentari.  
 Ibidem: Gladij etiam plerisq; intentati.  
 Idem de bello Macedonico: Cum intētassent magis quā inissent certamen.  
 Hircius in cōmentarijs: Et ei manus intentare cœperunt?

¶ INSTAR.

**I**nstar absolute, & sine genitiuo aliquando pro exemplari ponitur.

- Vergilius: Tantum instar in ipso est.  
 Vulpianus de noui operis nunciatione, lege, Stipulatio: Si proponatur instar quoddam operis, quasi facies quædam facti operis.

¶ IACERE ad pedes, prouolui, procūbere, ad pedes, ad genua.

¶ Iacere ad



**I**Acere ad pedes, prouolui ad pedes, procūbere ad pedes,  
& ad genua, eleganter optimi illi autores dixerunt.  
Cicero in Verrem: Mihi ad pedes misera iacuit.

INCIDIT mihi.

Terentius in Andria: Nam qui tibi isthæc incidit suspitio?  
Cæsar in cōmentarijs: Tantus terror incidit eius exercitui.

IVRE tuo. Iure meo.

**I**Vre tuo, iure meo, pro tuo iure, pro meo iure: id est quod  
multi infulse dicunt: Tuo modo, meo modo, ad uolunta-  
tem tuā, ad beneplacitum: & alia, quæ non tam audire, quæ  
commemorare pudet.

Cicero in Oratore: Pro meo iure sumo.

Idem Cælio: Ut ad te familiariter, & quasi pro meo iure scri-  
berem.

Idem Attico: Itineris nostri causa fuit, quod nō habebā locū,  
ubi pro meo iure diutius esse possem, quæ in fundū Sicæ,

Idem de finibus bonorū & malorū: Satis ne uobis uideor  
pro meo iure in uestris auribus cōmendatus?

Idem pro P. Sextio: Quare moneo uos adolescētiores, atque  
hoc meo iure præcipio.

Idem in Verrem: Meo iure enim contendam.

Vulpianus de damno infecto, lege, Proculus: Si iuxta mea  
ædificia habeas ædificia, eaque iure tuo altius tollas.

Cicero Seruio Sulpitio: Ut si quid tibi opus sit, ne dubitent  
mihi iure sua denunciare.

Idem Cælio: Sed si esset aliqua dissimilis istius, quæ se oibus  
prouulgaret, quæ haberet palam decretū semp aliquē, cui?  
in hortos, domū, Baias iure suo libidines oīm cōmearent.

D Idem in

Idē in Verrem: Quem iure suo adire, aut appellare posset.  
 Neratius de usufructu: Usufructuarius nouum tectoriū pa-  
 rietibus, qui rudes fuissent, imponere nō potest: quia tam-  
 etsi meliorem excolendo aedificium dum causam factururus  
 esset, non tamen id iure suo facere potest.

Cicero pro lege Manilia: Præsertim cum iam suo iure Po-  
 Ro. in homine suam autoritatē, uel contra omnes qui dis-  
 sentiunt possit defendere.

Idem pro Aulo Licinio Archia Poëta: Earum rerum omni-  
 um, uel in primis hic Aulus Licinius fructum à me repe-  
 re propè suo iure debet.

Ibidem: Quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat  
 Poëtas.

Idē pro Sexto Roscio Amerino: Tametsi meo iure possum.

Idem in Anto. Venio nunc ad reliquos consulares, quorum  
 est nemo (iure meo hoc dico) qui non mecum habeat ali-  
 quam coniunctionem gratiæ.

INSTRVERE hortos, nauem, fundum, domum.

Hinc quoq; loquēdi modum antiqui suis scriptis uenu-  
 stissime interseruerunt. Dicebant em̄, instruere hortos,  
instruere nauē, fundum, domū, & huiusmodi: quo nihil ali-  
 ud significatur, q̄ cōparare in hortis necessaria, in nauis, in  
 fundo, domi: ut nihil quod usui, aut ornamento sit, illis desit.

Cicero de officijs: Emit hortos, & emit instructos.

Julianus ad legem Rhodiam, de iactu, lege, Nauis aduersa:

Hic enim sumptus instruendæ magis nauis, q̄ seruanda-  
 rum mercium gratia factus est.

Scauola de Peculio, lege, Filiofamilias: Cui ex hæredibus  
 prædia

*Instruere penū, prouāde  
 bestellen.*



prædia prælegauit, ut instructa erant cum seruis.

Idem eo titulo, lege, Vni ex hæredibus prædia legauit, ut instructa erant cum seruis, & cæteris rebus, & quicquid ibi esset.

Vulpianus locati & conducti, lege, Si addes: Dolia utiq; colono esse præstanda, & prælum, & trapeta instructa funibus, si minus dominum instruere ea debere.

Idem de uerborum significatione, lege: Instructam autem tabernã sic accipimus, quæ & rebus, & hominibus ad negotiationem parata constat.

Iabolenus de fundo instructo, lege: Si cui fundum & instrumentum legare uis, nihil interest quomodo leges fundum cum instrumento, an fundum & instrumentum, an fundum instructum.

Scæuola eo titulo, lege: Nepoti legauerat prædia, quæ regiõe certa habuerat, ut instructa sunt cū uino, grano, calèdario.

Vulpia. eo. titulo, lege, Quæsitum: Et Sabinus libris suis ad Vitellium scribit fatendum esse, plus esse, cum instructus fundus legatur, quàm si cum iustrumeto. & subdit: Proinde si fundus sit instructus legatus, & supellex continebitur, quæ illic fuit usus ipsius gratia. & subdit: Idem respondit, instructis horreis legatis, etiam uina quæ ibi fuerunt, quo dominus esset instructor contineri: Aliud esse si horrea ibi habuit, unde instruebatur, uel in urbe, uel in alijs prædijs.

Pompo. eodem titulo, lege: Si ita testamento scripsit, quæ tabernarum exercendarum & instruendarum pistrini, cauponæ causa facta, paratæq; sunt, do, lego.

Scæuola eo. titulo, lege, Prædia: Fundum legauit in hæc uerba:

D 2 Sempronio

Sēpronio fratri meo hoc amplius fundos meos, ita ut instructi sunt Cassianū Meuianū cū suis salictis & syluis.  
Idem eo titulo, lege: L. Titius fundum uti erat instructus legauerat.

¶ ITEM, & Ita.

**N**Il uulgatius est particula Item, at interior latet sensus, quo dici non potest, cū eleganter usi fuerint perfecti illi autores. ex infrascriptis locis discrimen quod sit eo in aduerbio, late patebit. Meo tamen iudicio id quandoq; significat quod ita, quandoq; quod autem, quandoq; quod similiter.

Plau. in Aulularia: Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem, factiosum, Me <sup>ita</sup> item esse hominem pauperum pauperrimum. <sub>similiter</sub>

Terentius in And. Sed post <sup>similiter</sup> amans accessit ad eam, premium pollicens unus, & item alter.

Cicero in Oratore: Nam omniū magnarū artium sicut arborū altitudo nos delectat, radices, stirpesq; non <sup>ita</sup> item.

Ibidē: Ita fit ut nō itē in oratione, ut in uersu numerus extet.

Idem in arte Rhetorica: Inferius non <sup>ita</sup> item.

Ibidem: Quæ omnia item uti contraria rerum bonarū in rebus uitandis reperiuntur.

Idem in Acade. Non enim fortuito hunc artificē dicemus esse, illū negabimus. Sed cū alterum percepta & comprehensa tenere uideamus, alterum non <sup>ita</sup> item.

Idem in Tuscu. Sed corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item.

Idem: In libera seruauit, in libero non item. <sub>ita. l' ita</sub>

Idem



Idem in Catilinam: Deinde item accersitur L. Statilius:

Idem de diuinatione: Qui magis anguibus quā lacertis: quā muribus: quia sunt hæc quotidiana: angues non item.

Idem in Rullum: Sed quæro à te, putes ne si populus iusserit me tuum, aut item te meum seruum esse, id iussum ratum, aut firmum futurum?

Vitruuius: Non enim ut Babylone abundantes liquido bitumine pro calce, & arena, & cocto latere, factum habet murum: Sic item possunt omnes regiones, seu locorum proprietates habere tantas eiusdem generis utilitates.

Cicero in Tusculanis: Sic illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus, hebetes non ita.

Idem in Verrem: Faciebant hoc idem in cæteris ciuitatibus grandes natu matres, & item paruuli liberi miserorum.

¶ IN rem esse, ex re tua, è dignitate, è Republica.

IVrarem nihil me in uita suauius his flosculis odorari, quos è diuersis lectionibus, quasi è topiario quodam opere collegi. Nam inter cætera quanto candore renitet illud,

Ex re tua, è dignitate, è Republica, interdum iucunda uari-

etate intermixtum, In rem tuam, in rem meam, quod non

tamè in Rempublicam item dicitur: quandoq; sine pronome absolute, in rem: ut palàm sit certum quendam mo-

dum loquendi, eumq; statum ac fixum apud ueteres illos

esse, qui orationem ueluti quoddam solis iubar illuminet.

Plautus in Pseudolo: Quasi quid in rem sit possimus noscere.

Idem in Aulularia: Quod in rem esse utriq; arbitremur.

Ibidem: In rem hoc tuam est.

D 3 Ibidem:

*Vel tua utilitas.  
Ex re tua, .i. p. utilitate tua.  
Et dignitate tua, .i. ad dignitatem  
Et repub. .i. p. republica.*

*In rem esse. .i. utile esse.*

Ibidem: Hæc tu eadem, si cōfiteri uis, in rem tuam feceris.

Ibidem: Istud in rem utriq; est maxime.

Idem in Amphitrione: Quæ maxime in rem uestram cōmunem sient.

Idē in Menechmis: Alij sunt ita, ut in rem esse ducunt suam.

Salustius in Catilina: In rē fore credēs uniuersos appellare.

Terentius in Phormione: Non hercle ex re istius me instigasti.

Idem in Ecyra: Neq; enim est in rem nostrā, ut quisq; amator nuptijs lætetur.

Cicero Attico: Summa erit hæc, statues ut ex fide, fama, rēq; mea uidebitur.

Idem Bruto: Facis ex tua dignitate, & ex Republica.

Eidem: Si minus id commodo Reipubli. facere posses, siue non existimares ex Repu. esse.

Eidem: Ea tu si arbitrarere utile fore, & ex Repub. esse, persequere bello Dolobellam.

Salustius in Catilina: Certe scio quæ studio dixerit, è Repu. dixisse.

Titus Liuius ab Vrbe condita: Ad comparanda ea, quæ in rem opus erant tempus habuit.

Ibidem: Faceret quod è Repub. fidēq; sua duceret.

Idem de bello Macedonico: Nec cogitaret modo, imperaretq; quæ in rem essent, sed pleraq; ipse transigeret.

Ibidem: Loquēdo plura, quæ in rē nō essent die consumpto.

Ibidem: Hortatur, imperat quæ in rem sunt.

Idē de bello Punico: Vt si è Repub. censeret esse, ueniret.

Ibidem: Vtrūq; inquit è Repub. fuit patres conscripti.

¶ Informare



¶ INFORMARE. *formā inducere.*

**B**onam partem in Latinitate obtinet hoc quoq; uerbū Informare: prateritum quidem à multis, aut non obseruatum. Est enim informare, rem aliquā inchoare, nec omnino perficere, sed principium operi quodammodo informe, & impolatum dare: ut si figulus aut uasculum fingere, aut faber statuam dolare cœperit, ut infra darius patebit.

Varro de lingua Latina: Quæ uideretur analogia in oratione, & quas haberet species, & quæ de ijs sequenda uideretur, ut breuiter potui, informauī.

Cicero Attico: Quod si ista nobis cogitatio de triūpho iniecta nō esset, quam tu quoq; approbas: ne tu haud multum requireres illū uirū, qui in sexto libro informatus est.

Eidem: Hæc est informata adhuc cogitatio,

Eidem: Tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata.

Idem de Oratore: Referamus nos igitur ad eū, quē uolum⁹ inchoandum, & eadem eloquentia informandum.

Ibidem: Ac primum informādus est ille nobis, quem solum quidam uocant Atticum.

Ibidem: Valentiorum hæc laterum sunt, nec ab hoc quē informamus, aut expectanda, aut postulanda.

Ibidem: Verum ego nō solum arbitrabar his præsertim audientibus à me informari oportere, qualis esse posset is qui habitaret in subsellijs.

Ibidem: Vnius uerbi imagine totius sententiæ informatio.

Ibidem: Atq; ego in summo Oratore fingēdo talem informabo,

mabo, qualis fortasse nemo fuit.

Idē pro P. Quintio: Neq; tamē tam uerba multa faciā, pro-  
pterea quod & ab illo, qui añ dixit, iā informatā causa est.

Idem pro P. Silla: Vt dicitis, informat ad hoc adumbratum  
iudiciū filij.

Idem de finibus bonorū & malorū: Dicitis informari non  
posse uirtutē, si quicq; nisi quod honestum sit numeretur.

Ibidem: Et summatim quidem hæc erant de corpore, ani-  
mōq; dicenda: quibus quasi informatū est, quod hominis  
natura postulat.

Idem de natura deorū: Magnā turbam cōgreget ignotorū  
deorum: atq; ita ignotorum, ut eos ne coniectura quidem  
informare possimus: cum mens nostra quiduis uideat co-  
gitatione posse depingere.

Ibidem: Quæ enim nobis natura informationem deorum  
ipforū dedit, eadem inculpsit in mentibus.

Vergilius: His informatum manibus iam parte polita  
Fulmen erat.

Cicero pro Aulo Licinio: Nā ut primū ex pueris excessit Ar-  
chias: atq; ab ijs artibus, quibus ætas puerilis ad humani-  
tatem informari solet, se ad scribendū studium contulit.

¶ IUBEŌ te bene ualere, habere bonū animū, saluere.

Iubeo te bene ualere: iubeo te habere bonum animum:  
Iubeo saluere: modus est loquendi elegantissimus, & ferè  
iam ubiq; ac passim neglectus.

Plautus in Persa: Iubeto habere animum bonum.

Idem in Asinaria: Saluere iussi Libanum libertum.

Cicero Attico: Dionysium iubeo saluere.

Ibidem:



Ibidem: Dionysium uelim saluere iubeas.

Ibidem: Quem saluere uelim iubeas plurimum.

Horatius: Rufum saluere iubemus.

¶ INTEGRER.

**N**on minimū (ut reor) interest literariæ Reipub. agnoscere & hoc nomen Integer, quid interiore sensu significet: quod incuria & negligentia diu fuit ab omni propè usu remotum. Est enim integer aliquādo quod ualidum, firmum, uegetum, sobrium: Cuius contrarium est fessum, saucium, uitiatum, languidum, uinosum: ut ex autoritatibus planum fiet.

Cicero pro Lutio Murena: Integrorū, & fortunatorū promissis saucios, & miseros credere non oportere.

Idem Attico: Eumq; uidi plane integrum.

Idem de natura deorum: Multo plura euenirent, si ad quietem integri iremus: nunc onusti cibo, & uino, perturbata & confusa cernimus.

Cæsar in commentarijs: Cum crebro integri defessis succederent.

Ibidem: Ut integri defessis succedant.

Ibidem: Non facile recentes, atq; integros sustinebant.

Ibidem: Integros defatigatis submittens.

Cornelius Celsus: Neq; enim hæc solū consyderanda sunt, sed etiam morbi genus quod sit, utrū superans, an deficiēs materia læserit: corruptum corpus sit, an integrum?

Titus Liuius ab Urbe condita: Romanus integer, satiatusq; somno, productus in aciē, fessum stando, & uigilijs Volscum primo impetu perculit.

E Horatius:

Horatius:

Rancidum aprum antiqui laudabant, non quia natus  
 Illis nullus erat: sed credo hac mente, quod hospes  
 Tardius adueniens, uitiatum commodius, q̄  
 Integrum edax dominus consumeret.

*Integrum, adubia, gelegē.*

¶ INTEGER animi, uitæ, mentis.

Inde per translationem dici cœptum est, Integer uitæ, Integer animi, Integer mentis. *uprecht*

Cicero in arte Rhetorica: Integer animi fuisse demonstratur.

Horatius: Integer est animi.

Idem: Integer est mentis Damasippus.

Idem: Integer uitæ, scelerisq; purus.

¶ Sanguis etiam integer dictus est.

Plautus in Truculento: Adolescens cum sis, tum cum est sanguis integer.

Vergilius: Vos o quibus integer æui Sanguis, ait.

Cornelius Celsus: Si sanguis crassus, &amp; niger est, uitiosus est: si rubet, &amp; pellucet, integer est.

¶ IN LOCO.

In loco, Modo hoc dicendi comprehendimus id esse, quod  
 opportune, & captato (ut aiunt) tempore.

Terentius in Heautontimerumen. Eho laudas qui heros fallunt? Respondetur, in loco ego uero.

Horatius: Dulce est desipere in loco.

¶ IN manum conuenire.

**E** Penetralibus diui Ciceronis effodi nuper (meo iudicio)  
 à paucis obseruatum, quid sit in manum conuenire. A  
 quo dicendi modo tantum posterius abfuerunt, ut nulla eius  
 modi



modi (quod legerim) extet memoria.

Cicero in Topicis: Si ita Fabiæ pecuniâ legata est à uiro, si ei uiro materfamilias esset, si ea in manum non cōuenerat, nihil debetur. Genus est em̄ uxor. eius duæ formæ sunt, una matrumfamilias, hæ sunt quæ in manum conuenerunt: Altera earum, quæ tantummodo uxores habentur: qua in parte cum fuerit Fabiâ, legatum ei non uidetur.

Ibidē ab effectis rebus hoc modo: Cum mulier uiro in manum conuenit, omnia quæ mulieris fuerunt, uiri fiunt dotis nomine.

Idē pro L. Flacco: In manum, inquit, conuenerat, nūc audio, sed quæro, usu, an coemptione? usu non potuit: nihil enim potest de tutela legitima sine omnium tutorum autoritate diminui, coemptione omnibus autoribus.

Papinianus de uerborū obligatione, lege: Ex ea parte: Mulier ab eo in cuius manū conueniebat, stipulata fuerit ducēta, quāuis mendum sit in plerisque codicibus, qui in matrimonio, non in manum conueniebat, habent.

Boetius super Topicis Cice. Nunc de proposito uideamus exemplo. Vxoris species sunt duæ: una matrūfamilias: altera usu: sed cōmuni generis nomine uxores uocantur. Fit uero id sæpe, ut species eisdem nominibus nuncupentur, quibus & genera. Materfamilias uero esse non poterat, nisi quæ cōuenisset in manū: hæc autem certa erat species nuptiarū. Tribus em̄ modis uxor habebatur, usu, farre, coemptione. Sed cōfarratio solis pontificibus cōueniebat. Quæ aut in manū per coemptionē cōuenerāt, hæc matresfamilias uocabant: quæ uero usu uel farre, minime. Coemptio uero

E 2 certis solen

certis solēnitatibus peragebatur, & sese in coemendo inuicem interrogabāt, Vir ita, an sibi mulier materfamilias esse uellet: illa respōdebat, uelle. Item mulier interrogabat, an uir sibi paterfamilias esse uellet: Ille respōdebat, uelle. Itaq; mulier uiri cōueniebat in manum, & uocabant hęc nuptiæ per coemptionem, & erat mulier materfamilias uiro loco filia. Quam solennitatem in suis institutis Vulpia, exponit. Quidam igitur extremo iudicio omne Fabiæ uxori legauit argentum: siquidem Fabia ei non uxor tantum, uerumetiam certa species uxoris, id est materfamilias esset. Quæritur an uxori Fabiæ legatum sit argentū? Vxor Fabia subiectum est, legatum argentum prædicatum. Quæro igitur quodnam ex ijs argumentum sumere possim: quæ in quæstione sunt posita, ac uideo uxori duas inesse formas, quarum una tantum uxor est: altera materfamilias, quæ in manum cōuentione perficitur: quod si Fabia in manum non conuenit, nec materfamilias fuit: id est nō fuit ea species uxoris, cui argentum omne fuit legatum. Quo circa quoniā id quod de alia specie dicitur, in aliam dici nō conuenit. Cūq; Fabia præter eam speciem sit, quæ in manum cōuenerit, id est quæ materfamilias sit: & uir matrifamilias legauerit argentum: non uidetur Fabiæ esse legatū. Quomodo igitur, ut dictum est, an uxori Fabiæ omne argentum legatum sit? Subiectum uxor Fabia: Prædicatum uero legatum argentum. Argumentum ab eo quod est in ipso de quo quærit: id est, ab eo quod est in uxore, de qua quærit. Est autē in uxore, de qua quærit, species uxoris, ea scilicet, quæ in manū non cōuenit, quæ ad eam affecta est.

Omnis em̄



Omnis enī species ad suū genus refert: id est omnis forma. Factum est igit̄ argumentū ab eo quod est in ipso, ab effectis à forma generis. Maxima propositio est, quod de una specie dicit̄, idem in alteram non conuenire.

¶ IMPORTVNVS. *ungefentlich*

**I**Mportunus, præter manifestum sensum id obseruauit à bonis illis autoribus significare, quod detestandum aut execrandum.

Terentius in Andria: Importunitatem spectate aniculæ obsecro: quia compotrix eius est.

Horatius: Importuna tamen pauperies abest.

Cicero pro Cluentio: Repente est exorta mulieris importunæ nefaria libido.

Ibidem: Furere crudelis, atq; importuna mulier sibi nequaq̄ ut sperasset ea, quæ cogitasset.

Ibidem: Quem propter animi importunitatē nemo recipere tecto, nemo audire, nemo alloqui, nemo respicere uellet.

Idem de prouin. consul. Propter illud insigne scelus eorum, & importunam in me crudelitatem.

Idem pro P. Sextio: Duo importuna prodigia, quos egestas, quos æris alieni magnitudo, quos leuitas, quos improbitas Tribuni plebis constrictos addixerat.

Ibidem: Sed putauit tamen coniuratorum copias ueteres, & effusam illam, ac superatam Catilinæ manum importunā, nouo duce renouatam.

Idem in Pisonem: Facio iniuriam fortissimo uiro mortuo, qui illum cuius paucos pares hæc ciuitas tulit, cum hac importuna bellua conferam.

E 3 Idem

Idem pro Cluentio: Huius importunitatem matris à filij ca-  
pitate depellite.

Idem de Amicitia: Quanc̄q; miror pro illa superbia, & im-  
portunitate, si quempiam amicum habere potuit.

Idem in Catilinam: Egredere cum importuna sceleratorum  
manu.

Ibidem: Quis deniq; ita aspexit, ut perditum ciuem, ac non  
potius importunissimum hostem?

Ibidem: Mihi quidem importunus, ac ferreus, qui non do-  
lorem cruciatu leniret.

Idem in Verrem: Istius immanis, atq; importuna natura.

Ibidem: Furor enim quidam sceleris, & audaciæ comes, isti-  
us effrenatum animum, importunamq; naturā tanta op-  
pressit amentia.

Ibidem: Nunc autem ne post abitum quidē huius importu-  
nissimæ pestis quisq; reperiret, qui sua uolūtate araret.

In Anto. Tu illarum ædium dijs penatibus os importunissi-  
mum ostendere ausus es?

Ibidem: Nō possum æquo animo uiderere tam importunos,  
tam sceleratos hostes.

Ibidem: Quin nulla societas cum illa importunissima bellua  
esse possit.

Idem pro Rabirio perduellione: Te ex illa crudeli, importu-  
na, non Tribunitia actione, sed Regia, meo consilio, uirtu-  
te, autoritate esse depulsum.

Idem contra Rullum: Vt intelligatis ad certorum hominū  
importunam auaritiam, hoc populare legis Agrariæ no-  
men esse quæsitum.

Ti. Li.



Ti. Li. ab urbe condita: Quæ crudelissimi, & importunissimi tyranni scelera in oppressos ciues ædunt.

Ibidem: Importunos decem uiros iniunxisse, ut perennem militiam facerent.

Vergilius: Bellum importunum ciues cum gente deorum, Inuictisq; uiris geritis.

Ouidius: Scilicet omne sacrū mors importuna prophanat.

Cicero de natura deorum: Varius homo importunissimus perijt sicquā Drusum ferro, Metellū ueneno sustulerat.

Idē pro P. Silla: Itaq; P. Silla hoc importunissimo tum honoris, tum calamitatis socio, atq; comite, & secundas fortunas amittere coactus est.

Ibidem: Repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit.

Idē pro rege Deiotaro: Cuius tantæ importunitatis omnium gentium, atque omnis memoriæ clarissimum lumen extinguere.

Idem: Qua senatui gratias agit post reditum suum: si modo uultum importunum in forum detulisset.

Idem ad Pontifices: Quæritur etiā importuna pestis ex ore impurissimo.

Idē pro Lutio Murena: Illa pestis immanis, importuna Catilinæ prorumpet, qua poterit.

Idem de responsis Aruspicum: Videbam illud scelus tam importunum.

¶ IN hunc diem, in hunc annū, in hanc horam:

QVod aliqui, pro hoc die, pro hoc anno, pro hac hora inepte dicūt: Antiqui illi in hūc diem, in hūc annū, in hanc horam

hanc horam dicebant. Similiter quod dicunt, Pro die craftino, pro perendino, pro uno anno: Illi, in craftinum, in perendinum, in annum dicebant. modi dicendi sunt ueterum illorum elegantissimi.

Plau. in Stico: Alium conuiuam quærito in hunc diem tibi.  
Ibidem: Nunçq̃ ædepol uiuum quisq̃ in craftinum prospiciet diem.

Ibidem: Nam illi heri me uocauerant in hunc diem.

Idem in Trinummo: Licet tu in perendinum paratus sis.

Cato de re rustica: Si quid desit in annum ut comparetur.

Cicero in Verrem: Ei locus ille, atq̃ honos in illum annum ita deberi putabatur.

Titus Liuius ab urbe condita: Designati cōsules in eum annum fuerant.

Ibidem: Vt ludi in statutum diem nouarentur.

Ibidem: Vtrum in unum annū creati sint?

Ibidem: Exercitus in annum decreti.

Ibidem: In unum annum uouebant.

Ibidem: Qui prætor in eum annum creatus erat.

Ibidem: Magistratibus in annum creatis.

Ibidem: Decemuir in annum creatus.

Ibidem: Stipendium exercitui ab hoste in eum annū pensum.

Ibidem: Induciæ in annos xl. petentibus datæ.

Ibidem: Inducias in xxx. annos impetrarunt.

¶ IN diem. *vā daege to daghen. vel. tem daege*

Quod autem inepte dicunt, De die in diem, uel de hora in horam, de anno in annum: ueteres in diem, in horā, in annum dicebant.

Cicero



Cicero in Oratore: Si barbarorum est in diem uiuere, nostra consilia sempiternum tempus spectare debent.

Idem in Philip. Iam iam minime miror te ocium perturbare, nō modo orbem odisse, sed etiam lucem: cum perditissimis latronibus nō solum de die, sed etiam in diem uiuere.

Ibidem: Cum seruitute premeremur, & in diem malum crederet.

Idem in Tusculanis: Nos in diem uiuimus.

Horatius: Ille potens sui, latusq; deget,

Cui licet in diem dixisse uixi.

T. Liuius de bello Punico: In diem raptō uiuit.

Ibidem: Nihil ex raptis in diem com meatibus superabat.

Ibidem: Qui senescit in dies.

Hircius in cōmen. Vt omnes in dies, horaq; parati essent.

Cicero in Philippicis: Qui in horam uiuerent.

Horatius: Si te grata quies, & primam somnus in horā

Delectat.

Idem: Et prouisæ frugis in annum: Copia.

Vulpianus locati & conducti, lege, Sed addes. Si quis cum in annum habitationem conduxisset, pensionem totius anni dederit.

Paulus de Vsufructu, & habitatione, lege, Fundi: Vsufructo licebit usufruario ex fæno, quod in annum duntaxat sufficiat, capere.

¶ IN SINGVLOS DIES. *yder daegen*

Quod dicunt, singulis diebus, aut per singulos dies, singulis annis, aut per singulos annos, peruerso dicendi modo: illi ueteres, in singulos dies, in singulos annos dicebant.

F Varro

Varro libro secundo rerum rusticarum: Decem sibi in dies singulos denarios dare audiuisset. & subdit: Se capturum de prædio in dies singulos denarium mille.

Cicero Torquato: Illa in dies singulos magis, magisque opinio hominum confirmatur.

Idem Attico: Sed cura, ut excuset morbi causa in dies singulos.

Idem in Catilinã: Crescite in dies singulos hostiũ numerus.

Lepidus ad Pontifices Max. Iam in dies singulos eius copiae minuuntur.

Vulpianus quando dies, lege, Quantũ: Sicuti in menses, uel in dies, uel in annos singulos quid legetur.

Iabolenus locati & conducti, lege: Quod si locaui opus faciendum, ita ut pro opere redemptori certã mercedem in dies singulos darem.

T. Liuius ab urbe condita: Ludi in singulos dies instaurati.

Varro de lingua Latina: Ducere debet Dictator & Cõsul in singulos annos.

Cicero in Verrem: Syracusis lex est de religione, quæ in annos singulos Iouis sacerdotem sortito capi iubeat.

Vulpianus de usufructu, lege, Iulianus: Si forte usufructus in annos singulos fuerit legatus.

Marcellus de mortis causa donatio. Mortis causa donatio constitui potest, ut quis stipuletur in annos singulos, quoad uiueret.

Idem eodem titulo, lege, Senatus: Si quis mortis causa in annos singulos pecuniam stipulatus est.

Titus Liuius ab urbe condita: Quæ bina milia æris in annos singulos



singulos penderent.

Hircius in commentarijs. xxx. centenis milibus ponderibus olei in annos singulos mulctat.

T. Liuius ab urbe condita: Vt in singulas horas capite dimittes tuo.

Plancus Cicero. Facere non possum, quin in singulas res, meritâq; tua tibi gratias agam.

¶ IN paucos dies, in duos menses, in quintum annum.

QVod dicunt, pro paucis diebus, pro duobus mēfibus, pro quinto anno: Illi, in paucos dies, in duos menses, in quintum annum dicebant. weynige dagelā. f. tibe maentlanck.

T. Liuius ab urbe condita: Obsidio in loco nudo, atq; inopi uix in paucos dies tolerabilis erat.

Ibidem: In duos menses induciæ factæ.

Idem de bello Punico: Dictatorem in sex menses dixit.

Idem de bello Macedonico: Naues in diem tertium expedi ri iubet.

Ibidem: Conuentum in diem tertium edicit.

Idem ab urbe condita, Ludos, quos Torquatus dictator in quintum annum uouisset.

¶ IN primam diem, in primam horam.

Quod usq; ad eam diem, usq; ad primam horam, ad unum annum, uel pro uno anno: dicunt ueteres, ad eam diem, in primam horam, in annum dicebant.

*bis tot-dem dage  
bis tot-eyner vre*

T. Liuius ab urbe condita: Quorū legibus ad eā diē uiuerēt.

Ibidem: Victoriā quantā nemo ad eam diem pepererat.

Idem de bello Punico: Ad eam diem, ut terra, mariq; rem gereret.

F 2 Ibidem

Ibidem: Quæ bella gesta ad eam diem essent.

¶ AD DIEM. Ad annum.

Quod ad præfixam diem, præordinatam barbare dicunt, ueteres simpliciter Ad diem dicebant. *tot demc daege.*

Cicero Caninio: Quin ad diem decedam.

Idem de finibus bonorum & malorum: An id exploratum cuiq̃ potest esse, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad uesperam.

Idem in Verrem: Quâdo ille frumentum quod deberet, nō ad diem dedit?

T. Liuius de bello Punico: Neq̃ frumentum ad diem dari.

¶ IN MILITEM, in capita, in naues.

Quod dicunt, pro quolibet milite, pro quolibet iugero, pro singulis ciuitatibus, pro singulis capitibus, pro singulis nauibus, p̃ singulis peditibus, uel per singulos pedites: Illi ueteres, in militem, in iugerū, in ciuitates, in capita, in naues, & huiusmodi dicebant.

Cicero in Verrem: Describebat censores binos in singulas ciuitates boum.

Varro de re rust. In cētum sues, decem uerres satis esse putant.

Ibidem: Villatico gregi in fundum satis esse duos canes.

Ibidem: Illud ferè omnes in Epiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues singulos homines.

Titus Liuius ab urbe condita: Multa quingenu æris in singulas ciuitates imposita.

Ibidem: Frumentum Melianum assibus in modios æstimatum plebi dimisit.

Cicero

yderem zupre  
yderem morgē lades  
yder stat  
yder hoest  
yder schep



Cicero in Verrem: Pro frumento in modios singulos duodenos, sextertios exegisse.

Ibidem: Si ostendo minus tribus Medinnis in iugerum neminem dedisse decumæ, concedes opinor, ut cum decumanus fructus arationis perceptus sit, neminem minus tribus decumis dedisse.

Cæsar in commē. In capita singula seruatorum, ac liberorū tributum imponebatur.

Titus Liuius ab urbe condita: Legatis in singulos dona, ne minus quinum miliū aris redderentur.

Ibidem: Congij olei in uiros singulos dati.

Ibidem: Aeris signati quina milia in singulos patrefamiliaē relinquamus.

Ibidem: Singulis in militem tunicis imperatis.

Titus Liuius de bello Macedonico: Quod precium in capita statuisset.

Idem ab urbe condita: Prorogatum in annum Imperiū est.

Ouidius ad Corinnam:

Sic mihi durat amor, longosq; adolescit in annos.

Vergilius: Felix sorte tua, neq; in hunc seruata dolorem.

Idem: Bina bouum uobis Troia generatus Acestes,

Dat capita in naues.

¶ QUOTannis, & singulis annis.

Obseruanda quoq; differentia est inter quotannis, & singulos annos, quotidie, & in dies singulos: quem modum dicē di diuini illi ueteres non sine euidenti ratione distinxerūt.

Quotidie enim, & quotannis tempus & spacium cōtinuum significat: In dies uero singulos, & in singulos annos

*all daggs. all yaers.  
bescheiden daghe  
bescheiden yare*

non continuatum spacium, aut perpetuum, sed per interualla dierum & annorum secretū tempus. cognoscetur ab ijs, qui infra scriptas autoritates diligenter attenderint.

Cicero Attico: Quotidie, uel potius in dies singulos breuiiores literas ad te mitto.

Vulpianus de tritico, uino &c. lege: Ex eo. Hæres meus amphoras decem quotannis in annos singulos dato.

Iabolenus de fundo instructo, lege: Legatum: Vini falerni, quod domi nascetur quotannis in annos singulos binos culleos heres meus Titio dato.

**I**RE in sententiam, ire in alia omnia.

*yn de meynūge treden.*

**I**RE in sententiam, ire in alia omnia, hoc significat quo plerique dicunt consentire in sententiam, & in alia omnia. Qui dicendi modus trāslatus est à discessione, uel pedum itione. Cū enim suffragia rogabantur, & res erat, quæ omnibus placebat, pedibus ibant in sententiam, uel discessione, quod idem erat.

Cicero Lentulo: Perspiciebant enim in Hortensij sententiā multis partibus plures ituros, quæ apte Volcatio assentiret.

Ibidem: Frequentes ierunt in alia omnia.

Idem Planco: Frequens eū senatus reliquit, & in alia omnia discessit.

Titus Liuius ab urbe condita: Omnes in eā sententiā ierūt.

**I**NSOLENS. *ungeleertich*

**I**NSOLENS, non solum id est, quod claro significato temerarium demonstrat, & audacem: sed insuetū, qui id de quo dicitur facere non soleat.

Cicero ad Atticum: Quid tu Athenas insolens?

Idem



Idem de arte Rhetor. Deinde natura eius euenire uulgo so-  
leat, an insolenter, & raro.

Idem pro rege Deiotaro: Moueor etiã loci ipsius insolentia.

¶ LAPIDE quadrato ædificare.

**L**apide quadrato ædificare quid sit, planum est eo ipso  
uerbo: Sed sensum habet recõditum, alium atq; in su-  
perficie ostendit. Est em̄ lapide quadrato ædificare, nõ ue-  
re quadratis lapidibus, sed sectis, & expolitis, etiã si nõ sint  
uere quadrati: modus est loquendi illorum ueterum.

¶ LAPIDE structili, aut cementitio, uel structura, aut  
ruderatione ædificare.

Lapide autem structili, aut cementitio, uel structura, aut ru-  
deratione ædificare, paulo etiam est remotius ab aperta in-  
telligentia. Est enim lapidibus ædificare nõ quadratis, uel  
sectis, aut ad lineam, uel perpendiculum collocatis: sed mi-  
nutis, concisisq; frustulis, quæ cimenta dicuntur. Ea ædifi-  
cia, uel pro uulgaribus tenuiq; populo fiebant, uel in ma-  
gnis potentiorum ædificijs lapides illi structiles siue cemē-  
titiij in medijs parietibus, ueluti pro farcimine, aut medulla  
ponebatur: superinducebaturq; postmodum incrustatio,  
uel marmoris, uel alterius lapidis speciosi. Quod autem ce-  
menta non sint (ut multi putant) omnia quæ ad murũ con-  
ficiendum faciunt, sed tantum sint lapidum ut dixi fragmē-  
ta, subiiciam de hoc autorũ bonorũ loca aliqua manifesta.

Vitruuius: Incerta uero cimenta alia super alia sedentia, in-  
ter seq; imbricata, non speciosam, sed firmiorem, quàm re-  
ticulata præstant structuram.

Idem: Quibus autem locis hæc copia non sunt, cimenta mar-  
morea,

Cementũ

morea, siue assulæ dicuntur, quæ marmorarij ex operibus deiiciunt, & pilis ferreis contunduntur.

Idem: Tunc structura ex cementis, calce, & arena compleatur, & subdit: Deinde tunc quadrato saxo murus ducitur iuncturis quàm longissimis, uti maximi mediij lapides coagmentis contineantur: tunc qui locus erit inter murum, ruderatione siue structura compleatur.

Idem: Sequitur ordo de lapidicinis explicare: De quibus & quadrata saxa ut cementorum ad ædificia eximuntur copia, & comparantur.

Idem: Sed ubi sunt saxa quadrata, siue silex, siue cementum, aut coctus later, siue crudus, ijs erit utendum.

Idem: Non modo cementitio, aut quadrato saxo, sed etiam marmoreo.

Idem: Nec solum ea in quadratis lapidibus sunt obseruanda, sed etiam in cementitijs structuris.

Vulpianus de noui operis nūciatione, lege, stipulatio: Opus autem nouum factum sic accipimus, non si unum uel alterum cementum fuerit positū, sed si proponatur instar quodam operis quasi facies quædam facti operis.

Idem de Riuis, lege, Seruius: Si riuum qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, cementitium uelit facere, audiendum esse: sed & si eum riuum, qui structilis fuit, postea terrenum quis faciat.

Idem: Si seruitus uendicetur, lege: Et si forte lapide quadrato, uel lapide structili.

Idem proxima lege: Porticū ambulatoriam facere, superque eum parietem columnas structiles imponere.

Cato



Cato de re rustica: Fundamenta pedum duorum facito primum festucato: postea cementis minutis, & calce arenato semipedem unumquodq; corium struito.

Cicero pro Milone repente: In tribus in eam insulam materiam, calcem, cementa, atq; arma conuexit.

Titus Liuius ab Vrbe cōdita: Saxo quadrato cōstructum;

Varro de re rustica: Aluos ubi sint, alij faciunt ex uiminibus rotundas, alij è ligno, ac corticibus: alij ex arbore caua: alij fictiles: alij etiam ex ferulis quadratas, longas pedes circiter tres, latas pedem. Hic aperte uides Quadratum dici nō quod sit quadrum, sed quod quadret, id est conueniat. Nā quod dicit Varro Aluos fieri ferulis quadratis longis pedes tres, latis pedem, dare ostendit quadrum esse non posse. Hinc per trāslationem quadrare dicimus, hoc est, bene conuenire.

Cicero Attico: Visum est hoc mihi ad multa quadrare.

Idem in Oratore: Et tamē etiā coniunctionē sicuti uersuū numerose sedere & quadrare, & perficere uolumus.

Idem in Verrem: Quomodo de eodē modo quadrarint?

Idem in Bruto: Quare quoniā ita tibi quadrat omnia fuisse in Themistode paria, & Coriolano paterā à me quoq; sumas licet.

Vergilius in Georgicis: Arboribus positis secto uia limite quadret.

Horatius: Et quæ pars quadret aceruum.

LONGE. *u. valde*

**L**onge aduerbium, quandoq; cum superlatiuo, interdū cum positiuo, utrobicq; elegantissime positum obserua-

**G**ui, interdum

- ui, interdum simpliciter positum:  
 Cicero in Tusculanis: Cuius ego iudiciū (pace tua dixerim) longe antepono tuo.  
 Idem Bruto: Lucius Castronius Petus longe princeps municipij Lucēsis est honestus, plenus officio, bonus planè uir.  
 Idem Quinto fratri: Longe optimū Raciliū habemus.  
 Idem in Verrem: Longe primus ciuitatis est Epicrates.  
 Idem Planco: Longe plurimū ualuit Plancus.  
 Plautus in Mostellaria: Longe omnium longissima.  
 Idem de Oratore: Sed ego neq; illis assentiebar, neq; harū disputationum inuentori & principi longe omniū in dicēdo grauissimo, & eloquētissimo Platoni.  
 Ibidem: Quantū iudicare possum, longe eruditissimus.  
 Ibidem: In illa pro Ctesiphonte oratione longe optima.  
 Ibidem: Illud est lōge maximū uidere, quo nam modo.  
 Idem de legibus: Ille quidē sapiētissimus uir graciæ longēq; doctissimus, ualde hanc labem ueretur.  
 Idem pro Gn. Rabirio: In hac ciuitate longe maxima consilia, atq; ingenia fuerunt.  
 In Verrem: Tecq; Ceres & Libera, quarū sacra (sicut opiniones hominū ac religiones ferunt) longe maximis, atq; occultissimis ceremonijs continentur.  
 Caesar in cōmenta. Hic dies nostris lōge grauissimus fuit.  
 Ibidem: Apud Eluetios lōge nobilissimus fuit Orgentorix.  
 Ibidem: Sueuorum est gens longe maxima, ac bellicosissima Germanorum omnium.  
 Ibidem: Carmonenses, quæ est longe firmissima totius prouinciæ ciuitas.

Idem: Hac



Idem: Hæc ciuitas longe plurimum totius Galliaæ æquitate ualet.

Idem: Eo tum statu res erat, ut longe principes haberentur Hedui.

Ibidem: Huius est amplissima ciuitatis longe autoritas omnis oræ maritimæ.

Idem: Cuius rei sunt longe peritissimi Aquitani.

Salustius in Iugurtino: Iugurtæ tui in bello Numantino longe maxima uirtus fuit.

Horatius: Sed panis longe pulcherrimus.

Titus Li. ab urbe condita: Longe antiquissimum ratus.

Ibidem: Longe is tum princeps Volsci nominis erat.

Ibidem: Apud Fabium longe antiquissimū autorem.

Ibidem: Longe maximū triumphī spectaculum fuit.

Ibidem: Longe primi ciuitatis erant.

Idem de bello Punico: Equitum, peditumq; idem longe primus erat.

Idem ab urbe condita: Longe plurimos captiuos ante currum duxit.

Ibidem: Exercitum longe ualidissimum duxere.

Ibidem: Patre longe prudentissimo natum.

### ¶ MVLTO.

**S**ignificat idem Multo, quod longe, eodemq; modo loquendi gaudet: sed superlatiuo tantum coniunctam obseruauit in bonis illis, ac perfectis autoribus, præterq; cum cōparatiuo iūgit: ut multo minor numerus frumētī q̄ uini, & ita longe minor &c. Sed id q̄q; utile fuerit obseruasse,

G 2 quod præ

quod præcipua uenustate præstat, cum hoc aduerbiū **Mul**to, superlatiuo, & cum nomine **Pars** iūgitur: quæ res nulla ratione, sed solo dicendi modo introducta est.

**Terentius in Heauton:** Multo omnium me nunc fortunatissimum factum puto.

**Idem in Ecyra:** Atq; ea res multo maxime disiunxit illum ab illa.

**Ci. pro lege Manilia:** Cōspectus uester multo iucūditissimus.

**Ibidem:** Magna, ac multo maxima parte nō modo utilitatis, sed dignitatis, atq; imperij caruit.

**Idem in Catilinam:** Multo uero maxima pars eorum, qui in tabernis sunt.

**Idem in Verrem:** Nam cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij, atq; eloquentiæ multo molestissima.

**Ibidem:** Qui agri Acunēsis multo maximā partē possidēt.

**Ibidem:** In ciuitate totius Siciliæ multo maxima.

**Ibidem:** Cui quemadmodum resistam, multo mihi ante est iudices prouidendum.

**Idē de Oratore:** Quæ pars sine dubio multo maxima est.

**Idem de arte Rheto.** Quarum tamē rerum multo maxima pars ad commodum corporis reuertitur.

**Ibidem:** Et eorum multo maxima pars, quam Prætores edicere consueuerunt.

**Salustius in Catilinario:** Si ita res esset, Rempublicam multo pulcherrimam haberemus.

**Horatius in sermonibus:** Dāda est Ellebori multo pars maxima auaris.

**Idem:** Postea lux oritur multo gratissima.

Titus



Titus Liuius ab urbe condita: Nouissimum bellum ab Sa-  
binis ortum, multoq; id maximum fuit.

¶ LICET.

QVanta colligit elegātia in hoc uerbo, Licet, ab illo qui  
non cutem tantū spectat, sed qui sedulo introspicere &  
meditari curet. Nam si licet mihi per te, hoc unum signifi-  
catur: id est, si permiseris: uel si potero à te non impeditus:  
alterum absolute, ut si in hortum meum intraueris, olera  
licebit legas, hoc est legere poteris. sed hoc ex ijs locis quæ  
subieci melius multo cognoscetur.

Plautus in Asinaria: Asinaria uult esse si per uos licet.

Terentius in prologo Heauton. Date mihi potestatem sta-  
tariam agere, ut liceat per silentium.

Idem in Ecyra: Per me exquirere licet.

Idem in Adelphis: Sinatis hunc facere dū per atate licet.

Cicero Octauio: Si per tuas legiones licitū fuisset, quæ nomi-  
ni meo, Reipublicæq; sunt inimicissimæ, uenire in senatū.

Idem Terentiæ: Expectassem Brundusij, si esset licitum per  
nautas.

Idem de Oratore: Per me appellet Oratorem licet.

Ibidem: Sed hoc genere, si modo per Rempub. licebit, non  
accusabimur.

Ibidem: Ita q; Emathiam cum primum per ipsam liceat, erā  
remissurus.

Idem in Philippica: Petis ut tibi per me liceat quendam de  
exilio reducere.

Idem contra Rullum: Aliquāto serius, q̄ per atatem, ac per  
leges liceret.

G 3 Idem pro

Idem pro T. Annio Milone: Quod si per furiosum illū Tribunum senatui quod sentiebat, perficere licuisset, nouam quæstionem nunc nullam haberemus.

Idem ad Lentulum: Quod profecto faciam, si mihi per eius amicitiam licebit.

Idem in Verrem: Sunt homines Siculi non contemnendi, si per nostros magistratus liceat.

Ibidem: Si per L. Metellum licitum esset.

Idem Bruto: Quod scribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ ueniant, si per hostem licet, non erratis.

Idem Catoni: Mitto quod inuidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates & subieris, & multo etiam magis si per me licuisset, subire paratissimus fueris.

Paulus de mortis causa, lege, Senatus: Quibus per legem capere non liceret.

Vulpianus de manumissionibus, lege, Libertas: Cum per leges licebit, liber esto.

Cicero pro lege Manilia: Nam cum antea per aetatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem.

Ibidem: An in Clodio, qui ita iudicia, pœnamq; contempserat, ut eū nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret.

Idem pro Gn. Rabirio: Quod si tu audisses, aut per aetatem scire potuisses.

¶ LICET absolute.

Cato in re rustica: Et si uoles insuper uinum Cotum mixtum bibere, licebit bibas.

Cicero in arte Rhetorica: Hanc si quis partem putat esse orationis



tionis, sequatur Hermagoram licebit.

Idem Caio Memmio: Totam hominis uitam, rationemq;  
quam sequitur in philosophia derideamus licet.

Idem Attico: Clodium fregi in senatu tum altercatione eius  
modi, ex qua licet pauca degustes, nam cetera non possunt  
habere eandem, neq; uim, neq; uenustatem.

Eidem: Quid queris? uel ipsi hoc dicas licet, humanitatem  
ei meo iudicio illo die defuisse.

Eidem: Noli inquam de uno pede sororis quaeri, liceat alte-  
rum etiam tollas.

Idem pro domo sua: Quare istam orationem, qua est usus,  
omittas licet.

Ibidem: Quare disrumpatur licet ista furia.

Idem De oratore: Fremant omnes licet, dicam quod sentio.

Idem in Philippica: Praecipias licet gaudia.

Idem de officijs: Licet ora ipsa cernere iratorum.

Ibidem: Videre licet etiam plerosq; non tam natura libera-  
les, q̄ quadam gloria ductos.

Idem in Tusculanis: Qua re ut ad quietum me licet uenias.

Idem in Verrem: Dicat licet Hortensius, si uolet magno Ver-  
rem uendidisse.

Quidius de Ponto:

Tota licet queras, hoc me non fingere dicet:

Officij testis Pontica terra mei.

Horatius:

Si pecore, & multa diues telluri licebit.

Sabinus in epistola pro Helena: Quamlibet accuses, & sis  
irata licebit.

¶ Per

## ¶ PER

Per ætatem nō potui, idem est, ac per ætatem nō licuit, quod supra diximus: quo loquendi modo nouitas, aut peruersitas potius loquendi introducta deprehenditur.

Cicero Cornificio: Nullam partem per ætatem sanæ, & saluæ Reipub. gustare potuisti.

Idem Planco: Vt primum per ætatem iudicium facere poteritis.

Idem C. Mario: Cum per ualitudinem posses, uenire tamen noluisti.

Titus Liuius ab urbe condita: Qui per ætatem, ac ualitudinem poterant.

Ibidem: Omnes, qui per ætatē arma ferre possent.

Hircius in commentarijs: Qui modo per ætatem arma ferre poterant.

Ibidem: Neq; per anni tempus in mari classes sine periculo uagari poterant.

## ¶ LABES.

**L**Abes, penè omnium ore id est quod immundities aut macula: sed occultiore, ac latiniore significato id certe esse uidetur, quod uiolenta quædam, uel aquæ illuuiæ, uel tēpestatis, grandinisue ruina: aut cum terra in altissimū hiatus, uel baratrum aperitur.

Plau. in Captiuis: Quanta pestis Pernis ueniret, quanta labes Larido?

Cicero de diuinatione: Delata etiā ad senatū labes agri Priuernatis, cū ad infinitā altitudinem terra defecisset.

Ibidē: Vt multa oppida corruerint, multis locis labes facta sit, ter-



fit, terræq; defederint.

Vulpianus locati & conducti, lege: Ex conducto: Sed etsi labes facta sit, omnemq; fructū tulerit, damnum coloni non esse.

Labeo eodem titulo: Si riuum quem faciendum conduxeras, & feceras, anteq; eum probares, labes corruptit, tuū periculum esse Paulus respondit.

Cicero pro Lutio Flacco: An innocētiae labem aliquam aut ruinam fore putatis?

Idem ad Pontifices pro domo sua: Nam si illa labes, ac flāma Reipublicæ suum illum pestiferum, & funestum tributatum humana æquitate tueri non potest, diuina religione defenderit.

#### ¶ LINGVA nuncupare.

**L**ingua nuncupare, modo dicendi apud Veteres, idem significatur, quod lingua exprimere & dedarare. Cum enim quid uendebatur, uitia rei uenalis lingua nuncupari oportebat, & ultra nuncupata uitia uenditor non tenebatur. Leges postea addidere, ut etiam ea quæ nō essent nūcupata, uenditor præstaret.

*uitia, de lacte*

Cicero de Oratore: Totum illud uti lingua nūcupasset, non in. xij. tabulis, quas tu omnibus bibliothecis anteponis, sed in magistri carmine scriptum uideretur.

Idem de Officijs: Nā cū ex. xij. tabulis satis esset ea præstare, quæ essent lingua nūcupata: quæ q̄ inficiat<sup>9</sup> esset, dupli poenā subiret: a iuriscōsultis etiā reticētiae poena est cōstituta. Quicquid enim est in prædio uitij, id statuerūt si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset præstari oportere.

H ¶ Leua, &

## ¶ LEVA, &amp; sinistra,

**L** Eua uel Sinistra, certo modo loquendi, qui solus oratio nem priscorum continet, furem aliquem esse notat.

Plautus in Perfa: Vbi illa altera furtifica leua?

Catullus: Marucinæ asini manu sinistra non belle

Vteris in ioco, atq; uino.

Idem: Porci, & Socraton duæ sinistrae Pisonis.

Asconius Pedianus tractum id dicit ab Aspendio citharista, qui sinistra perperam utebatur, carminaq; occultabat,

Græco inde nato prouerbio.

## ¶ LIMEN superum, inferum.

dozpel

**L** Imen superum, Limen inferum, rari post felix illud sæculum non solum non dixerunt, sed ne intellexerunt quidem: Cum nonnulli pro limine supero, superliminare ineptissime dicant.

Plautus: Limen superum, inferumq; salue.

Varro de re rustica: In haris ostium esse oportet, limen inferum altum.

## ¶ LATINE loqui.

**Q** Vi latine scit, nouit eo aduerbio Latine, id q; ostendi, quod aperte, clare, planè: quæ res notanda, & memoriæ mandanda est.

Cicero in Verrem: Latine me scitote, non accusatorie loqui.

Idem in Philippicis: Antonium, quem gladiatorè nō ita appellauit, ut interdum etiā M. Antonius gladiator appellari solet, sed ut appellant ij, qui planè, & latine loquuntur.

Vergilius, uel alius in obscenis carminibus:

Simplicius multo est da, latine dicere.

¶ In



¶ IN manibus, Inter manus &c.

**V**erfari inter manus, conferre manus, afferre manus, inferre manus, in manu, in manum, in manus, in manibus, de manibus, ad manum, ad manus, sub manu, sub manus, per manus, præ manibus, præ manu, dare manus, tendere manus, tollere manus, inter manus, inijcere manus, admouere manus, manu afferere, abstinere manus, continere manus: quo modo loquendi præstantissimi illi autores ufi sunt, frequentissime positum repperi: id etiam obseruatione, & imitatione maxime dignum.

¶ IN manibus est, hoc est, paratum, & in promptu est.

Cicero Attico: Non quo aliquid me iuuenes posses, quippe res est in manibus: tu autem abes longe gentium.

Ibidem de libris Oratorij: Factum est à me diligentissime diu, multumq; in manibus fuerunt.

Ibidem: Ex ijs libris, quos in manibus habeo.

Ibidem: Sic enim commutatus est totus scriptis meis, quæ in manibus habemus.

Idem Lentulo: Clodiū sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic me præfente osculabantur, nõ illi quidem, ut mihi stomachum facerent, quæ ego funditus perdidit: sed certe ut facere se arbitrarentur.

Idem de Amicitia: Sed o Scæuola & Fanni affuistis, & in manibus est oratio.

Idem in Bruto: Sed ecce in manibus uir, & præstantissimo ingenio, & flagrante studio, & doctus à puero C. Gracchus.

Ti. Li. ab urbe cõdi. Cum tantum belli in manibus esset.

Ibidem: Id quod, in manibus erat, coegerunt bellum.

H 2 Idem de

Idem de bello Macedonico: Omissa de manibus res est.

Horatius: Neuius in manibus non est, & mentibus hæret.

Plautus in Rudente: Mancipia habeo pro meis, nec manu afferunt, quod est uendicare, & in libertatē producere.

¶ IN manu est, hoc est, in potestate est.

Plautus in Amphitrione: In illis fides est, quibus est ea res in manu.

Idem in Rudente: In manu mihi est mea.

Idem in Mercatore: Quia illi suam rem esse æquum est in manu.

Ibidem: Quia tibi in manu est quod credas: at ego quod dicam, id mihi mea in manu est.

Terentius in Ecyra: Tibi in manu est ne fiat.

Salustius in Iugurtino: Sed quoniã parum tuta per se probitas est, neq; in manu mihi fuit Iugurta, qualis nũc foret.

Ibidẽ: Verum id frustra an ob rem faciam, in manu uestra est quiritis.

Titus Liuius ab urbe condita: Vt sua cuiq; Respubli. in manu esset.

Idem de bello Punico: Cum in eorum manu res Siracusana esset.

Idẽ ab urbe condita: Sit an non sit, in uestra manu posuerũt.

Idem de bello Macedonico: Et uos in manu, & tutela, nõ in seruitio debetis habere eas.

Idem ab urbe condita: Laceratam Rempub. per magistratus, quorum in manu sit.

Cælius Ciceroni: Quam uelis eũ obligare in tua manu est.

¶ In manus dare, incidere, uenire, notæ significationis est: sed ij mo-



sed ij modi loquendi obseruandi sunt.

Plautus in Trinummo: Quid interest dare te in manus argentum amanti huiusmodi adolescenti animi impoti?

Cicero in Bruto: Nunq̄ enim libri illi in manus inciderūt. Salustius in Iugurtino: Existimans Iugurtam ob suos tutādos in manus uenire.

Plautus in Trinūmo: Dedi minas quadraginta adolescenti ipsi in manum.

¶ Inter manus, est collatis simul manibus aliquē sublimem ferre. Aliquando per translationem Inter manus id significat quod esse in potestate. Uersari uero inter manus est in usu esse. Modi sunt dicendi elegantissimi.

Plautus in Mostellaria: Abripite hunc intro actutum inter manus.

Cicero in Verrem: Itaq̄ erant exitus eiusmodi, ut alius inter manus è conuiuio tanq̄ è prælio auferret̄, alius tanq̄ occisus relinqueretur.

Titus Li. ab urbe condita: Inter manus domum allatus.

Vergilius: Ante oculos, interq̄ manus sunt omnia uestras.

Idem: Miratur, interq̄ manus & brachia uersat.

Cælius Ciceroni: Gener tamen quod ad ius pertineat, dida sculam quandā, ut uerset̄ inter manus habeat.

Pompo. de origine iuris, lege, Necessarium: Deniq̄ nec uersantur omnino scripta eorum inter manus hominum. & subdit: Reliquit. xl. uolumina, ex quibus plurima inter manus uersantur.

¶ Ad manū est aliqd in p̄mptu esse, ut quasi manu teneat̄. Venire uero ad manū est ad dimicādū, uel ad arma uenire.

H 3 Cicero de

Cicero de Oratore: Quē seruum sibi ille habuit ad manū.

Vitruuius: Alia enim ad manum species esse uidetur, alia in excelso.

Idem: Si enim ita fuisset, non solum laudes, aut uitia animorum ad manū aspicerentur, sed etiam disciplinarū scientiæ.

Titus Liuius ab urbe condita: Adde quod Romanis ad manum domi supplementum esset.

Ibidem: Quod cocti ad manum fuit cibi, ferre militi licuit.

Idem de bello Macedonico: Quod cuiq; trepidanti ad manum uenisset.

Ibidem: Ut æque magna uis ad manum esset.

Cic. de Oratore: Nonnunq; etiam ea res ad manus, atq; ad pugnam ueniebat.

Vulpianus de pignoratitia actione, lege, Petenti mutuum, pecuniam creditori cum ad manum debitor non haberet, species auri dedit.

Africanus ad Senatuscon. Velleianum, lege, Tutor: Deinde ego quia ad manum nummos non habebam, stipulantem tibi promisi.

¶ Sub manu, id est quod ferè esse ad latus, expeditū, promptū in usum. Succedere autem sub manus, est aliquid bene, & ad optatum contingere.

Plancus Ciceroni: Adiūxi hæc in loco eligēdo flumē oppositū, ut haberē in quo mora trāsitus esset. Voconij sub manu ut essent, per quorū loca mihi fideliter pateret iter.

Plautus in Milite: Lepide hoc succedit sub manus negociū.

Idem in Persa: Si quam rem accures sobrie, aut frugaliter, solet illa recte sub manus succedere.

¶ Per ma-



¶ Per manus est quod inepte dicitur, De manu  
in manū, uel De manu unius in manū alterius.

Cæsar in commentarijs: Per manus tractus seruatur.

Ibidem: Nonnullæ de muris per manus demissæ, se se mili-  
tibus tradebant.

Ibidem: Per manus seui, ac picis traditas glebas in ignem  
proijciebat.

Ti. Li. ab urbe condita: Si nobis cum urbe simul positæ, tra-  
ditæq; per manus religiones nullæ essent.

Ibidem: Disciplina militaris tradita per manus iam inde ab  
initijs urbis.

¶ Præ manibus, hoc est quod insulse dicunt,  
quod habebā in manibus.

Plautus in Bacchidibus: Reddidi patri omne aurum, quod  
mihi fuit præ manibus.

¶ Præ manu dare est quod uulgo dicunt, Ante  
omnia, uel Ante manum dare.

Terētius in Adelphis: Atq; huic paululum aliquid præ ma-  
nu dederis unde utatur.

¶ Afferre man<sup>9</sup> uero est iniicere man<sup>9</sup>, pulsare, uulnerare,  
interficere: In quo notandū est datiuum post se requirere.  
Cicero Attico: Sed non faciam, ut aut tuum animū angam  
querelis, aut meis uulneribus sæpius manus afferam.

Idē Cluentio: Omnes tui amici, necessarij q; cognorūt Anca-  
rio, & Pacero pastorib<sup>9</sup> hui<sup>9</sup> Villicū uim, & man<sup>9</sup> attulisse.

Ibidem: Aulum Briuium quendā cauponem de uia Latina  
questum esse dixisti, subornatis qui sibi à Cluentio, ser-  
uisq; eius in taberna sua manus allatas esse dicant.

Idem Oeta

*hande anflaen*

Idem Octauio: Ego ipse senatum sibi afferre manus coëgi.

Idem in Vat. testem: Teneas ne memoria tibi in conuentu Puteolis manus esse allatas.

Idem in Verrem: His ne rebus manus afferre nõ dubitasti?

Idem de Officijs: Cum enim dando egere cœperūt, alienis bonis manus afferre coguntur.

Plancus Ciceroni: Qui quidem cū in fraudem se adductum uideret, manus quas iustius in Lepidi pernitiē armasset, sibi afferre conatus est.

Vulpia. de ijs qui notantur infamia, lege, Liberatorum: Non solent aut lugeri (ut Neratius ait) hostes, uel perduellionis damnati, neq; suspēdiosi, neq; qui manus sibi attulerūt.

Varro de re rustica eodem sensu afferre dentes dixit: Canes prouerbium attollunt antiquum, uel etiam ut aperiant de Atheone, atq; in dominum afferant dentes.

¶ Conferre manus, est congregari, & manum conferere. Inferre uero manus est iniicere manus: & quandoq; idem significat quod afferre manus.

Cicero pro Fonteio: Partim qui cum ipso M. Fonteio ferrū, ac manus contulerunt.

Idem in Catilinam: Senatus uim, ac manus intulisset.

Vulpia. de Senatuscon. Sillaniano, lege, Cum aliter: Si sibi manus quis intulit.

Idem: Si quis non metu criminis imminētis, sed tedijs uitæ, uel impatientia doloris sibi manus intulit.

Hircius in cōmen. M. Catonē Vticæ sibi manus intulisse.

Cicero pro P. Quintio: Domino à familia sua manus illatas esse ante suos lares.

¶ Dare ma



¶ Dare manus autem est dēdere se, & uictum fateri.

Plautus in Perfa: Do manus.

Cicero ad Atticum: Aiebat illum primū scire diu multa cōtra, ad extremū autem manus dedisse, & affirmasse nihil se contra eius uoluntatē esse facturum.

Eidem: Sapiēter igitur quod manus dedisti, quodq; etiam ultro gratias egisti.

Idem de amicitia: Callidus ille, & occultus, ut se insinuet studiose cauendū est, neq; enim facillime cognoscitur: quippe qui etiā aduersando sæpe assentiat, & litigare se simulans blandiat, atq; ad extremū det manus, uinciq; patiat.

Horatius: Iam iam efficaci do manus sciētiae supplex.

Cæsar in cōmentarijs: Tandem dat Cotta manus, p̄motus superiore sententia.

¶ Tollere manus, & oculos, modi loquendi signum læticiæ significantes.

Cicero Cæsari: Sustulimus manus, & ego, & Balbus, tanta fuit oportunitas.

Idem Tironi: Literulæ meæ, siue nostræ, tuo desyderio oblanguerunt: hac tamen epistola, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt,

Titus Liuius ab urbe condita: Dicitur manus ad cælum tollens præcatus.

¶ Plena manu, hoc est abunde, & affluenter.

Cicero Attico: At hercle alter tuus familiaris, q̄ plena manu, q̄ ingenue, q̄ ornate nostras laudes in astra sustulit:

I ¶ Injicere

## ¶ INIICERE manus.

Plautus in Truculento: Post id ego in te manū iniiciam.

Cicero pro Roscio Comedo: Ipsa mihi ueritas manum iniecit, & paulisper cōsistere, & cōmorari cogit.

Horatius: Incontinentes iniiciat manus.

Ti. Li. ab urbe condita: Accurrit, & manum iniecit.

¶ Abstinere manus, & continere manus, idem propè significant quod cōtinere impetū animi.

Plautus in Trinūmo: Quod manu nō queunt tangere, tantum fas habent, quo manus abstineant.

In Amphitrio. Qui possim uideri huic fortis, ut à me abstineat manum.

Idem in Truculento: Abstine hoc mulier manum.

In Casina: Abi, atq; abstine manum.

In Perfa: Manū abstinere haud tamē quia mihi imperet.

Cicero in Vatiniū testem: Ut manus à te homines uix abstinere possint.

Cato de re rustica: Alieno manum abstinere.

Terentius in Adelphis: Nō manus abstines Mastigia?

Cicero in Tusculanis: Ut Alexandrum Regē uidemus, qui cum interemisset Clitum familiarem suum, uix à se manus abstinuit.

Idē in Verrē: Manus à sodalis filio abstinere nō potuisti?

Ibidem: Abstineā in hoc iudicio manus, animosq; ab hoc scelere nefario.

Ibidem: Qui Capitolio manus abstinere potuerit.

Ibidē: Nihil aegrius factū est multo labore meo, q̄ ut manus ab illo appellatore abstinerentur.

Tibullus:



Tibullus: Abstineas auidas mors uiolenta manus:

Cicero in Catilinam: Quorum ego uix abste iamdiu manus, ac tela contineo.

Idem in Anto. Nunq̄ profecto à me sacrilegas, atq; impias manus abstinebit.

Titus Liuius ab urbe cōdita: Nocte audita ex delubro uox est, abstinerent manus.

Ibidem: Vt uix ab ijs abstineret manus.

¶ TENDERE manus.

Cæsar in commentarijs: Omnes maiores natu ex oppido egressi, manus ad Cæsarem tendere, & uoce significare cœperunt sese in eius fœdera, ac potestatem uenire.

Idem ibidē: Hedui man<sup>9</sup>tendere, deditiōem significare.

Vergilius: Tendebantq; manus ripæ ulterioris amore.

Ouidius de Fastis: Ille manus tendēs astanti milite iusto,

In coniuratos talia uerba dedit.

Titus Liuius ab urbe cōdita: Alij manus ad cælum tendere, deos incufantes.

Ibidem: Supinas manus ad cælum, ac deos tendentes.

Ibidem: Reas ad Capitolium manus tendimus.

Ibidē: Oēs manus ad consulē tendētes pleni lachrymarum.

Cic. in Catilinā: Supplex manus tendit patria cōmunis.

¶ ADMOVERE manus.

Titus Li. ab urbe cōdi. Primo religiose admouētes manus.

¶ MEO, Reipub. nomine &c.

**M**Eo, tuo, suo, Reipub. nomine, & huiusmodi, elegātissime à ueteribus posita animaduerti: quæ quandoq; id significāt quod mea, tua, sua, Reipub. causa: quādoq; lo-

I 2 ge alia,

ge alia, & ab hac diuersa significatione antiqui illis usi uidentur: quod discrimen facile est ex subiectis autoritatibus agnoscere.

Cicero Terentia: Nam ego eo nomine sum Dirachij hoc tēpore, ut quā celerrime quid agas audiam.

Idem in Verrem: Id mihi C. Verres eripuisti, atque abstulisti quo nomine abs te sextertium milies ex lege repeto.

Ibidem: Decem fiscos ad senatorem illum relictos esse Comitiorum nomine.

Ibidem: Hoc palam iam dictitant se istum quem sciant esse hominem improbissimū, hoc uno nomine absolui uelle, ut ab Senatu iudicia per ignominiam, turpitudinemque auferantur.

Cæsar in commenta. Odisse etiam suo nomine Cæsarē, & Romanos.

Paulus: Si certū petatur, lege, Lecta est: Si die supra scripta summa P. Meuiō, eique ad quē ea res pertinebit data, soluta, satisue eo nomine factum nō erit: tunc eo amplius quo post solutam pœnæ nomine in dies .xxv. denarios centenos. & subdit: Quod competit usurarū nomine, ex die interpositæ stipulationis præstetur.

Vulpianus de Iureiurando, lege, Ait Prætor: Quasi calūniæ causa uentris nomine fuerit in possessione.

Idem de institoria actione, lege, Quicumque: Si institoria cum oleum uendidisset, annulum arræ nomine acceperit.

Cicero ad Atticū: Cum enim ille ad conciones cōfugisset, in hisque meo nomine ad inuidiam uteretur: Dii immortales quas ego pugnas, & quantas strages ædidi?

Catullus:



Catullus: Eo ne nomine Imperator unice fuisti, in ultima  
Occidentis insula?

Brutus Ciceroni: Qua in re Cicero uir optime, ac fortissime,  
mihicq; & meo nomine, & Reipub. charissime, nimis crede  
re uideris spei tuæ.

Cicero in oratione pro domo sua: Dico esse odio ciuitati, nō  
tam tuo, q̄ Reipub. nomine.

Idem de finibus bonorum & malorum: Quibus rebus intel  
ligitur, nec timiditatem, ignauiamq; uituperari: nec fortitu  
dinem, patientiamq; laudari suo nomine.

Idem in Catilinam: Bellum Po. Ro. suo nomine indixit.

Idem pro Gn. Planco: Ego me debere bonis omnibus fate  
or, sed etiam ij, quibus ego debeo boni uiri, & ciues comi  
tj's ædilitj's aliquid se meo nomine debere Plāco dicebāt.

Idem pro Cluentio: Res suo nomine in iudicium nunquam  
est uocata.

Idem P. Septimio: Scauolæ litē eo nomine esse æstimatā.

Idem in Vatinius testem: Non tam tuo, q̄ Reip. nomine.

¶ DE die, de nocte, & multa nocte.

**M** Ulta nocte, ad multam noctem, de nocte, noctu, de  
die, frequenti est in usu hic dicendi modus apud bo  
nos autores:

Terentius in Adelphis: Apparare de die conuiuium.

Catullus: Vos conuiuia lauta, sumptuosa, de die facitis.

Horatius: De medio potare die.

Cicero ad Atti. Cum se ille .vij. die uenisse à freto, & noctu  
se introisse dixisset.

Terentius in Adelphis: Imo de nocte censeo.

I 3 Sed &

¶ Sed & Multus, plurimū candoris adferre potest orationis unde Cice. de Ora. lib. ij. Nam qui incōcinnus aut multus est, is ineptus esse dicitur.

Cice. Quinto fratri: Celerius quā si de nocte uigilassent: perueniunt.

Idem Attico: In Comitium Milo de nocte uenit.

Eidē: Cum cœnāti mihi nūciasset Sextius se de nocte proficisci.

Cæsar in cōmentarijs: De media nocte missus equitatus.

Ibidem: Reliquas de media nocte proficisci iubet.

Horatius: Ut iugulēt homines surgūt de nocte latrones.

Idem: Vnde uxor media currit de nocte uocata.

Cice. Quinto fratri: Multa nocte cum Vibulio ueni ad Pōpeium.

Idē Attico: Multa de nocte profectum esse ad Cæsarem.

Idem pro P. Sextio: Cum forum, Comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus, ac seruis plerisq; occupauissent.

¶ MIHI aqua hæret.

Adagiū

**M**ihi aqua hæret, modus loquendi, uel prouerbium potius, difficultatem significat contra morem in re facili adhiberi. Cum enim aqua fluere, & labi soleat, hære contra suam naturam dicitur: id est rem difficilem fieri, quæ facilis potius esset.

Cicero ad Atticum: Mihi aqua hæret.

Idem Quinto fratri: In hac causa mihi aqua hæret,

Idē de Officijs: Dicit ille quidē multa multis locis, sed aqua hæret (ut aiunt)

¶ Execrandi



¶ EXECRANDI modus.

¶ Modus execrandi, aut imprecādi antiquus, nō est prætermittendus.

Cicero in Antonium: Igitur est patronus L. Antonius, malam quidem illi pestem, clamori enim uestro assentior.

¶ MERITO te amo. Merito tuo.

**M**erito te amo, immerito me odisti, merito tuo hoc tibi dono, immerito tuo tibi irascor: & quādoq; etiā merito tuo te odi, & nullo merito, modus est frequentissime à bonis illis usurpatus.

Plautus in Asinaria: Nemo me accusauit merito meo.

Idem in Aulularia: Quem senecta ætate ludos facias, hāud merito meo.

Cic. pro P. Sextio: C. Cæsar, qui à me nullo merito alienus esse debebat, inimicissimus esse meæ salutis ab eodem quotidianis concionibus dicebatur.

Titus Liuius de bello Macedonico: Frater me accusat, nullo meo in se merito.

Plautus in Asinaria: Edepol pater merito tuo facere possum.

Ibidē: Cur tu (obsecro) immerito meo me morti dedere optas?

Idem in Casina: Immerito meo mihi hoc facis.

Titus Liuius de bello Macedoni. Indigne sibi, nec ullo suo merito insultatum ab omnibus esse.

Plautus in Cistellaria: Merito uestro amo uos.

Idē in Asinaria: Iube aduenire quæso, meritissimo eius quæ uolet faciemus.

¶ MITTERE sanguinem.

**M**ittere sanguinē, id ē qd' iā passim uulgo oēs ferè, extra here san-

here sanguinē dicunt, uel Græcanico uerbo Flebotomare.  
Cicero Attico: Missus est sanguis inuidiæ sine dolore.

Eidem: Sic Appius prouinciam curauerit, sanguinē miserit:  
quicquid potuit detraxerit.

Cornelius Celsus: Sanguinē incisa uena mitti nouum non  
est: sed nullū morbum esse in quo nō mittat, nouum est.

Item mitti iunioribus, & foeminis uterum non gerentibus  
uetus est.

Ibidem: Sed ut aliquādo primo die sanguinem mittere ne-  
cesse est.

Ibidē: Mitti uero is debet, si totius corporis causa fit ex bra-  
chio.

Ibidem: Mittere autem sanguinē cū sit expeditissimū usum  
habenti, tamē ignaro difficillimum est.

¶ POST hominū memoriā, post homines na-  
tos, nostra memoria, Patrum memoria.

Q VOD pleriq; omisso antiquo loquendi modo, Ab ho-  
minum recordatione, Nostro tempore, patrum tem-  
pore dicunt: Veteres illi, post hominū memoriā, post ho-  
mines natos, nostra memoria, patrū memoria dicebāt.

Cicero in Pisonem: Instant post hominū memoriā paratissi-  
mi magnificentissimiq; ludi.

Idem in Verrem: Quod nemo unq; post hominum memo-  
riam fecit.

Ibidem: Nemo unq; post hominum memoriam paratior,  
uigilantior, copiosior.

Ibidem: Ut ego hunc unum eiusmodi reum post hominū  
memoriam fuisse arbitrer, cui damnari expediret.

Idem, qua



Idem qua Senatui gratias agit post reditum suū: Qui me duo sceleratissimi post hominū memoriā nō Consules, sed latrones, nō modo deseruerunt in causa præsertim publica, & consulari, sed prodiderunt.

Idem ad Pontifices pro domo sua: Quid homini post homines natos turpissimo?

Ibidem: Sed erat res post homines natos pulcherrima.

Ibidem: Graue crimen est hoc, & uehemens, & post hominum memoriā, iudiciāq; de pecunijs repetundis constituta grauissimum.

Idem Planco: Nihil post hominū memoriā gloriosius.

Idem pro eodem: Consules post hominū memoriā teterrimi, atq; turpissimi.

Idem in Catilinam: In hoc autem uno post hominum memoriā maximo crudelissimoq; bello.

Idem de optimo genere Oratorum: Optimus longe post homines natos.

Idem in Antoniū: Duo teterrima, & spurcissima capita post homines natos, Dolobella, & Antonius.

Idē pro Milone: Vnius post homines natos fortissimi uiri.

Idem in Bruto: Longe autem post natos homines improbissimus Caius Seruilus Glaucia.

Idem in Vatiniū testem: In omni memoria inauditum.

Idem pro P. Sextio. Ne huic tantæ multitudini, quāta mea memoria nuncq; ullo in iudicio fuerit, deero.

Varro de re rustica: Sed ipse nostra memoria.

Cicero de diuinatione: Memoria nostra templum Iunonis sospitæ

K Idem in

Idem in Vatiniū testem: Magnificentissime post hominū memoriā consulem factum.

Idē de Oratore: De senatu iussit educi quod eum ciuem negaret esse, quia memoriæ sic proditum esset, quem pater suus, aut populus uendidisset, aut pater patratu dedisset ei nullum esse postliminium.

Salustius in Catilina: Sed mea memoria, ingenti uirtute, diuersis moribus fuere uiri duo, M. Cato, & C. caesar.

Cicero pro Cor. Balbo: Multi etiam superiori memoria ciues Romani sua uoluntate indemnati, & incolumes ijs rebus relictis alias se in ciuitates contulerunt.

Idem pro Rabirio perduellione: Post hominum memoriā rem nullam maiorem.

Idem pro L. Mani. Quæ in omnibus hominib⁹ noua post hominum memoriā constituta sunt.

Idem in Catilinam: In hoc autem uno post hominum memoriā maximo, crudelissimoq; bello.

Idem in Catilinam: Bellum intestinum, ac domesticū post hominum memoriā crudelissimum, & maximum.

¶ MEIS uerbis.

**D**icito illi salutem meis uerbis, modus est dicendi: quod etiam nunc dicit, Ex parte mea illū salutabis. Itidem, uoca illum meis uerbis, & pro parte mea.

Plautus in Amphitrione: Voca uerbis meis.

In Mercatore: Rogato meum patrem meis uerbis.

Terētius in Ecyra: Hunc euoca uerbis meis.

Cic. M. Marcello: Gratū mihi feceris, si uxori tuæ Iuniæ grauiissima, atq; optima femina, meis uerbis eris gratulatus.

Idem Vati-



Idem Vatinius: Locutus sum, ut ei meis uerbis diceret.

Plautus in Amphitruone: Hunc tuis uerbis uoco.

In Bacchidibus: Scribe salutem tuo patri uerbis tuis.

Cicero Trebatio: Salutē mihi tuis uerbis nunciauerat.

Plautus in Milite: Matris uerbis Philocomasium accersito.

Curius Ciceroni: Tironē meum saluta nostris uerbis.

Cicero Attico: Epistolam meam iusserunt dari Dolobellæ:

Vestorius ad me scripsit, ut iuberem mancipio dari seruo suo pro mea parte.

Titus Li. ab urbe condita: Qui quærerēt senatus uerbis.

Ibidem: Qui iuberent consulum uerbis in proximos Montes fugere.

Ibidem: Nunciarent senatus uerbis.

Ibidem: Denunciarunt senatus uerbis.

Idē de bello Macedo. Abi nūcia meis uerbis, bello absistat.

#### ¶ MODVS agri.

**M**odus agri, ut in optimis libris repperi, est certa definitio, seu mensura agri, qua quot iugerum esset intelligi posset.

Plautus in Aulularia: Agri reliquit illi non magnū modū.

Cicero Attico: Etsi nihil scripsit nisi de modo agri.

Horatius in sermone: Hoc erat in uotis, modus agri non ita magnus.

Paulus de contrahenda emptione, lege, Qui fundum: Cum ipse emptori suo admetiretur, multo minorem modū agri quā putauerat inuenit.

Ibidē: Et domino renūciaret quanto modus agri minor sit.

Ibidem: Et ideo modo agri renunciaret, & si in diebus tri-

K 2 ginta re-

ginta renūciasset minorem modum agri esse, quāuis multis post annis posse eū q̄ minoris modus agri fuisset repetere. Titus Liuius ab urbe condita: Necui maior quā quinquaginta iugerum agri modus esset.

¶ MAGNVS numerus. *¶ grote deyl*

**M**AGNUM numerum frumēti, uini, olei, ueteres illi dicebant: quem modum loquendi multi inuertentes, magnam quantitatem uel copiam passim dicunt.

Cicero pro Planco: Frumenti in summa charitate maximū numerum miseram.

Idem in Verrem: Dico magnum numerum frumenti.

Ibidem: Cuius iudicij metu magnus à multis frumenti numerus ablatu.

Ibidem: Frumenti tantus numerus imperio tuo datur, & cogitur.

Ibidem: Atq; ego nūc eum frumēti numerū, & eas publice pecunias Decumanis ab Herbitensibus datas esse dico.

Ibidem: Intellexistis innumerabilem frumēti numerum per triennium auersum à Republica esse.

Idem de officijs: Si exempli gratia uir bonus ab Alexādia profectus Rhodū, magnū frumēti numerū adduxerit.

Idem pro Fonteio: Maximum frumenti numerum ad Hispaniense bellum tolerandum imperauit.

Cæsar in cōmētarijs: Frumēti magnum numerū coëgit.

Hircius in cōmētarijs: Non poterant magnum numerum frumenti comparare.

Ibidem: Scipio magnū frumenti numerū habuerat.

Ibidem: Certo numero frumenti mulctat.

Ibidem: Ma



Ibidē: Magno numero frumēti onustos rēcepit in castra.

Ibidem: Magno inuenti numero hordei, olei, uini, fici, pauco tritici:

¶ NUMERVS uini.

Cicero in Anto. Maximus uini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti.

Vulpian<sup>9</sup> de Tritico, uino, & oleo, lege, Si quis uinū: Si modo uini numero à testatore nō sunt habita. & subdit: Cætera quæ pro hominum affectione, & usu, numero uini habebuntur. & subdit: Quæ uini numero paterfamilias habuit.

¶ MISSVM facere.

**M**issum facere, est deponere, ac etiã à nostro cōsortio, familiaritate, potestate, arbitrio dimittere. Multi barbare dicunt dare licentiam, uel licentiare.

Cæsar Oppio: Gn. Magium Pompei præfectum deprehēdi: sed & meo instituto usus sum, & eū statim missum feci.

Cicero in Verrē: Deinde alij quæstus instituuntur ex uno genere nauali iudices, cū multi accipere à ciuitatibus pecunias, ne nautas darent, precio certo missos facere nautas missorū omne stipendium lucrari. & subdit: Certo precio sexcentos nummos nautarum missione constituere.

Ibidem: Vt illud missum faciam.

Terentius in Ecyra: Missam iram faciet.

Varro de re rustica: Columbas redire solere ad locum licet animaduertere, quod multi in theatro è sinu missas faciunt.

K 3 ¶ Modice.

¶ MODICE. *maetich*

**M**ODICE Aduerbiū nō semp à pauco (ut uulgo credū) sed à modo quādoq; deducit: ut modestiā designet, quæ inter parum & nimium uersat, non paucitatem.

Varro de re rustica: Furfures obijciuntur modice, ne parum aut nimium saturentur.

Ibidem: Cum aer est modice temperatus.

Ibidem: Modica centuria ea ducentorum iugerum.

Plautus in Persa: Modice & modeste est melius uitā uiuere.

Cicero pro P. Silla: Quāq; à me timide, modiceq; dicit.

Idem cōtra Rullum: Quare dignus uestro summo honore, singulariq; iudicio sim, ipse modice dicam.

Idem ad Atticum: Modice, & infra modum.

Idem Tironi: Nos agemus omnia modice.

Ti. Li. de bello Punico: De se pauca, ac modice locutus est.

Ibidem: Libertatē nec spernere modice, nec habere sciunt.

Idem de bello Macedonico: Libertate modice utantur, temperatam eam salubrem esse.

Ibidem: Immodice, immodesteq;.

Ibidē: Hac potestate immodice, ac superbe Achei usi sunt.

¶ MODICVM. *rogmich*

¶ Aliquādo tamē dicitur à bonis illis autoribus & Modicū & modice, pro parum, & pro pauco.

Plautus in Milite: Modice fapis.

Cicero Attico: Minæ Clodij, contēptionesq; quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.

Eidem: Sed ut modice cæteris utile est, tibi necesse est.

Eidem: Sed ea res modice me tangit.

Titus Li-



Titus Liuius de bello Macedonico: Comparauerat & Tyrannus modicam classem.

Ibidem: Vt modico ædito prælio in fugam inclinarent.

Ibidem: Refecti cibo sumpto, & modica quiete.

¶ MOUET me, non me impedit.

**M**ouet me, non me mouet, non me impedit, eleganti modo loquendi ponitur ab antiquis.

Cicero pro lege Manilia: Neque me impediēt eius Quirites inimicum edictum,

Papinianus de cōditiōe furtiua, lege, Parui refert: Nec me mouet præsens homo fuerit nec ne.

Caius de dāno infecto, lege, Si ædib⁹: Sed mouet me, quod ipse meas ædes reficere possim.

¶ MORE maiorum, in morem. *na vorse*

**M**ore belluæ, more maiorum, & in morem dicebāt, addito quādoque genitiuo: aliqui inepte modo, & in modum dicunt.

Vergilius: Percip̄ duas in morem fulminis arctos.

Ouidius: Eunt anni more fluentis aquæ.

¶ NEMO.

**C**um ut sæpe iā dixi, nihil aliud sit perfecta Latinitas, quæ perfectorum illorum uirorum autoritas, qua certo dicendi modo tanquæ suo iure & pro arbitrio usi sunt: Considerare, atque obseruare maxime decet, quid, & quo modo dixerint: Nemo quisque, nemo homo, non nemo, nemo unus, nemo unus uir, quisque unus, quiuis unus, quisque omnium, alter quisque, unus aliquis. Quod rari post eos curauerunt, quare eorum uel scripta uel dicta merito laude carent.

Nemo quisque,

¶ **NEMO** quisq̄, nemo homo, homo quisq̄.  
 Terētius in Eunucho: O populares, ecquis uiuit me hodie  
 fortunatioꝝ nemo hercle quisq̄.  
 Idem in Ecyra: Nemo quisq̄ illorum ad te uenit, quin ita  
 præparet sese.  
 Idem in Eunucho: Nemo homo est iam.  
 Titus Li. ab urbe condita: Victoria, cui nec deus, nec homo  
 quisq̄ inuideat.

¶ **NON** nemo.

Varro de re rustica: Tonfas recentes eodē die perungunt ui-  
 no & oleo, nō nemo adiuncta cera alba, & adipe suillo.  
 Cicero pro L. Murena: Non nemo etiā in illo sacrario Rei-  
 publicæ, in ipsa inq̄ curia nō nemo hostis est.  
 Idem pro P. Sextio: Vel ut non nemo putaret.  
 Idem pro lege Manilia: Cum esset nō nemo in Senatu, qui  
 diceret non oportere.  
 Idem pro L. Cornelio Balbo: Ut non nemo putaret.  
 Idem in Verrem: Nam quod fortasse nō nemo uestrum au-  
 dierit istum a Syracusanis publice laudari.  
 Hircius in cōmenta. Non nemo culpæ eius, imprudentiæq̄  
 assignabat.

¶ **NEMO** unus, & nemo unus uir.

Cæsar in commentarijs: Ad neminem unū summa imperij.  
 Titus Liuius ab urbe condita: Quia nemo unus satis dignus  
 regno uisus est.  
 Ibidē: Neminē unū esse, cuius opera putet Rēpub. restitutā.  
 Ibidem: Ut nemo unus inde præcipuum quicq̄ gloriæ do-  
 num referret.

Ibidem: Haud



Ibidem: Haud dubie illa ætate, qua nulla uirtutum feracior fuit, nemo unus erat uir, quo magis innixa res Romana staret.

¶ QUIUIS UNUS, QUI SCILICET UNUS, & QUI SCILICET OMNIUM.

Cice. in Bruto: Quantum nõ quiuis unus è populo, sed æstimator doctus & intelligens posset.

Titus Liuius ab urbe cõdita: Ne quis scilicet unus malis artibus postea tam popularis esset.

Ibidem: Quia nondum in quen scilicet unum sæuiebatur.

Ibidem: Cum multi magis fremerent, scilicet quis scilicet unus recusare auderet.

Ibidem: Solertius scilicet quiuis unus ex ijs, quos nominauit castris locum caperet.

Idem de bello Macedonico: Non modo quen scilicet unum elicit ad suadendum, sed ne fremitum quidem mouit.

Ibidem: Ne quem unum relinquerent.

Cicero in Verrem: An hoc dubitabit quis scilicet omnium, quin is uenalem in Sicilia iurisdictionem habuerit?

¶ ALTER QVISQUAM.

Plautus in Asinaria: Neque me Athenis est alter hodie quis scilicet, cui credi recte æque scilicet putent.

Vnus aliquis.

¶ Vnus aliquis, uulgari propemodum sermone Romæ etiã nunc dicitur: qui modus loquendi magis apud uulgum, scilicet apud eruditos remansit.

Cicero in Antonium: Cur nõ scilicet tam frequens Senatus fuit quod unus aliquis tuam sententiam secutus sit?

Idem de finibus bonorum & malorum: Utilitati hominum  
L plus scilicet

plusq̄ unius alicuius aut suæ consulit.

Idem pro Cluentio: Vnum aliquem nominare.

Idem de Prouin. Consularibus: Tantq̄ unum aliquem portum tutum & clausum teneri.

Caius, Si quis omiffa, lege, Cum hæreditas: Cū ab eo quoq̄ peti posset, qui unam aliquam rem hæreditario nomine possideat.

¶ NEGATIO. Metuo ne non.

**F**requenter etiã ueteres illi autores duas negatiuas clausulas simul ponunt, & plerūq̄ cum uerbis uereor, aut timeo, aut metuo coniungunt. Quem dicendi modum nulli post minores consyderauerunt, aut quod certe liquido constat, in suis scriptis raro usurpauerunt.

Plautus in Persa: Ne non sat esses leno id metuabas miser.

Idem in Casina: Metuo ne non sit furda.

Terent. in Adel. Metuisti hominum homo stultissime, ne nō tibi istud sceneraret.

Idē in Phormione: An uerebamini ne non id facerem, quod recepisssem semel.

Cicero Attico: Vereor ne non liceat.

Eidem: Timeo ne non impetrem.

Eidem: Vereor ne exeundi potestas non sit.

Eidem: Veretur enim ne non liceat tenere hæreditatem.

Idē p̄ Sexto Roscio Amerino: Vereor ne non ille solus (id quod ad me nihil attinet) sed alij quoq̄ plures læsos se esse putent.

Idem in Tusculanis: Vereor ne nō tam uirtutis fiducia utendū nobis ad spem beate uiuēdi, q̄ uota faciendi uideant̄.

Idem in



- Idem in Philippicis: Sed unam rem uereor ne nō probes.
- Ibidem: An uerebare ne non putaremus natura te potuisse tam improbum euadere, nisi accessisset etiam disciplina?
- Idem pro lege Agraria: Pertimescam credo, ne mihi non liceat contra uos in concione consistere?
- Idem Curioni: Non enim uereor ne non inscribendo te expleam.
- Eidem: Non quo uerear, ne uirtus tua opinioni hominum non respondeat.
- Idem pro T. Annio Milone: Quanquā praesidijs salutaribus, & necessarijs septi sumus, tamen ne non timere sine aliquo timore possumus.
- Ibidem: Cur igitur hos manumisit? metuebat scilicet ne iudicaretur, ne dolorem perferre non posset.
- Idem pro M. Caelio: An timebant ne tot unum ualentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent?
- Idem in Verrem: Non uereor ne hoc officium meū P. Seruilio iudici non probem.
- Idem in Catilinam: Si te iam Catilina cōprenderi, si interfici iussero, credo uerendum erit mihi, ne nō potius hic omnes boni serius à me, quàm quisquàm crudelius factum esse dicant.
- Horatius: Sedit qui timuit ne non succederet.
- Ouidius de Ponto: An uereor ne non approbet illa Getes?
- T. Liuius de bello Macedonico: Metuentes ne dilationē res non paterentur.
- Vulpianus de iure dotium, lege, Si ergo: Vereor ne nō possint dominij eius effici.

Martianus eodem titulo, lege, Si mulier: Vereor ne non sit obligata.

Idem de re militari, lege, Officium: Vereor tamen si quicquid promiserō, quod in usum meum aut tuum fiat, ne modus in ea re non adhibeatur.

Paulus de acquirendo rerum dominio, lege, Bonæ fidei: Verendum ne non sit bonæ fidei possessor.

¶ Simpliciter posita sine uerbo Metuo, uereor, timeo.  
Cicero Attico: Sed diligentius nobis est uidendum, ne distracti pares esse aduersario non possimus.

Idem pro Gn. Planco: Hæc mihi sunt tractanda iudices & modice, ne quid ipse offendam cœtum: denique cum respondero criminibus, ne nō tā innocētia reus sua, quæ recordatione meorū temporum defensus esse uideatur.

Idem De oratore: Neque esse periculum, qui leonem, aut taurum pungat egregie, ne idem in multis alijs quadrupedibus facere non possit.

Idem de Fato: Vide ne non eadem sit illorum causa, & Stoicorum.

Idem M. Marcello: Si ista uita tibi commodior esse uideatur, cogitandum tamen ne tutior non sit.

Ouidius de arte: Ne tanti noctes non putet esse tuas.

Idem de Ponto: Mors faciet certe ne sim cum uenerit exul.

Ne non peccarim, mors quoque non faciet.

Idem in Epistola: Quod potui renui, ne non inuita tenerer.

Vulpianus de receptis arbitris, lege, Idem: Videndum est ne non sit compromissum.

Paulus de statu liberis, lege, Cum hæres: Recte putant liberum fore.



rum fore, ne multi ad libertatem peruenire nō possint.

¶ **IN** NULO NEGOTIO. *ayn s̄bacheit*

**N**ullo negotio, hoc modo dicendi id significatur, ac si diceremus, sine difficultate.

Cice. Attico: Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit.

Eidem: Cum id nullo negotio facere possis.

Idem pro Roscio: Quare hoc tu propter multitudinem sicariorum nullo negotio facere potuisti?

¶ **NON** ires, pro ire non deberes,

**N**otandus & hic dicendi modus, nō ires, non redderes: p quo inepte dicitur: Ire non deberes, reddere non deberes.

Plautus in Trinummo: Non ego illi argentum redderem?

Respondetur: Non redderes, neq; de illo quicq; neq; emeres, neq; uenderes.

¶ **NE** plura, ne multis, ne longū faciam.

**N**e plura, ne multis, ne longum faciam, quid multis? modus loquēdi, ac si dicas: Ne dicam plura, ne multis te teneam, quid multis opus est? sed elegantius illa, & breuius.

Cicero pro Cluentio: Ne multa, perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ferrula ad Stratorem peruenisse.

Idem C. Memmio: Si peccat, magis ineptijs quàm improbitate peccat, sed ne plura.

Idem pro Cluentio: Ne multis, Diogenes emitur.

Idem Attico: Ne multa, nihil me in illo itinere præter cōsciētiam meam delectauit.

Idem in Verrem: Ne multa, locuturum se esse confirmat.

Ibidem: Ne multa, Sextertia decem me inquit dixi daturū.

L 3. Ibidem:

Ibidem: Vndiq; reclamatur, ne multa, iterum iste aliquanto post ad illos uenit.

Ibidem: Ne multa, iudices libertate, quam uos socijs deditis, hac ille in acerbissimo supplicio miserimæ seruitutis abusus est.

Ibidem: Ne multa, ipsum dicere adolescentem audistis.

Ibidē: Ne multa, iudices ijs contumelijs scitote Quintū Lollium coactum ad Apronij leges, conditionesq; uenisse.

Idem pro Cluentio: Et ne longum sit, omniū uicinorū summam esse in hunc beniuolentiam confirmamus.

Horatius: Ne longum faciam.

¶ NIHIL ad Persium.

**N**ihil ad Persium, modus hic dicendi multis in locis reperitur illo perfecto sæculo usitatus: id enim est ac si dicamus, Nihil ad comparationem Persij, aut non est id cū Persio comparandum.

Terentius in Eunucho: At nihil ad nostram.

Cicero in Oratore: Quem cognouimus uirum bonum, & non illiteratum: sed nihil ad Persium.

¶ NVNQVID Romam uelis &c.

**N**unquid Romam uelis? Nunquid me uis? modus est loquendi apud Veteres, quem modum sequentia sæcula omnino prætermiserunt. Nos autem apud quos ferè Latinus sermo reuirit, nõdum ad hos flosculos manus admouimus: At spero fore breui, ut ad priscum candorem q̄ proxime accedatur.

Plautus in Aulularia: Ibo igitur parabo, nunquid me uis?

Idem in Trinummo: Nunquid uis? Respondetur: Cures tuam



tuam fidem.

Terentius in Eunucho: Rogo nunquid uelit: recte inquit.

Idem in Adelphis: Nunquid uis quin abeam?

Cicero Q. Ciceroni fratri: Me adhuc nemo rogauit, nūquid in Sardiā uellem: te puto sæpe habere, qui nunquid Romam uelis quærant.

Idem Attico: Me expensæ suæ uilla nunquid uellem rogauit.

Eidem: Is me proficiscentem Apameam profecutus est: nec cum postea in castra uenisset, atq; inde discederet, nūquid uellem rogauit.

T. Liuius ab urbe cō. Frequentia prosequentiū, rogantiūq; nunquid uellet.

¶ NOCTV, Interdiu.

**N** Octu, interdiu, quod ferè omissum est, & omnes dicunt bonis alioqui uerbis, de nocte, in meridie.

Cæsar in commen. Pompeius clam & noctu, Cæsar palàm atq; interdiu.

Cato de re rustica: Marti Syluano in sylua interdiu in capita singula bouum uotum facito.

¶ NEC caput, nec pedes habet.

**N** Ec caput, nec pedes habet, modo hoc loquendi uulgaris etiam nunc sermo Romanus frequenter utitur, cum res intricata & impedita est, ut quò te uertas nescias. *Adagiū*

Cicero Curio: Propter res tuas ita contractas, ut quemadmodum scribis, nec caput: nec pedes, equidem uellem uti pedes haberent, ut aliquando redires.

Nihil

¶ **N**ihil mihi longius, nihil propius, nihil potius.

¶ **N**ihil mihi longius, nec quicquam mihi longius, nihil fuit propius, nihil fuit potius, modi sunt loquendi maxime ediscendi.

Plautus in milite: Nihil fuit propius quam ut perirem.

Cicero Rabirio Posthumo: Nec mihi longius quicquam est iudices, quam uidere hominum uultus.

Idem in somnio Scipionis: Nihil mihi fuit potius, quam ut Massinissam conuenirem.

¶ **N**on idem tibi & mihi.

¶ **N**otandum est & hoc non uulgare dicendi genus, **Non idem tibi & mihi**: quod multi multo aliter proferunt. Nemo enim non dicit: Non idem tibi sicut mihi, uel non idem tibi quod mihi.

Varro de lingua Latina: Et de istis non eadem oratores & poetæ.

Cicero de Fato: Vide ne non eadem sit illorum causa, & Stoicorum.

Salustius in Catilina: Non eadem uobis & illis necessitudo impendet.

¶ **N**on habeo quod te accusem.

¶ **N**on habeo quod accusem senectutem, **Non habeo quod te accusem, nihil habeo quod defendam**: certo modo loquendi illius temporis elegantissime dicebatur: Minores hæc ut alia corruerunt.

Cicero de senectute: Non habeo quod accusem senectutem.

Idem in epistola ad Cælium: Neque tamen adhuc habeo quod te accusem.

Idem pro Tito Annio Milone: Nihil sanè id profit Miloni qui



qui hoc fato natus est, ut ne se quidē seruare potuerit, quin unā Rempub. uosq; seruaret: si id iure non posset, nihil habeo quod defendam.

¶ NEVE hoc, néue illud. *ut non hō, ut nō illud*

¶ Néue hoc, néue illud, genus est dicendi perelegans: & ut est longo interuallo omissum, ita est ueluti postliminio repetendum.

Cicero Lentulo: Peto à te, ne id à me, néue in hoc reo, néue in alijs quæras.

Idem De oratore: Ut néue asper eorum concursus, néue hiulcus sit.

Ibidem: Ut néue aspere concurrant, néue uastius deducātur.

¶ NE uiuam &c.

¶ Ne uiuam, ne ualeam, ne sim saluus, peream, dispeream, moriar, male mihi sit: modi sunt dicendi cum quid asseuerare, & ueluti quibusdam precibus deuouere, aut sacramento aliquo obtestari contendimus.

*Obtestandi modi.*

Cicero Attico: Ne sim saluus, si aliter scribo, ac sentio.

Eidem: Quid poteris inquis pro ijs dicere, ne uiuam si scio?

Idem C. Fabio Gallo: Sed ne uiuam si tibi concedo, ut eius rei tu cupidior sis quàm ego sim?

Eidem: Moriar si quisquàm me tenet præter te?

Eidem: Male mihi sit, si unq; quicq; tam enitar.

Idem Tironi: Sollicitat, ita uiuā, me tua mi Tiro ualetudo.

Propertius: Dispereā si quicquàm aliud, quàm gloria de te quæritur.

¶ NVNC ERAT. *het was nu tijt*

¶ Nūcerat, antiq; illi simul ponebant præsens cū præterito.

M Ouidius

Ouidius in epistola ad Vlyffem: Nunc erat auxilijs illa tuenda patris.

Horatius: Nunc saliaribus ornare puluinar deorum  
Tempus erat dapibus sodales.

Cicero Attico: Nunc reus erat apud Crassum diuitem Ve-  
ctius de ui.

Eidem: Brutus erat in Veside etiam nunc.

INOMEN FACERE.

**O**bseruauit item quid sit exigere, & facere nomen, & nomina defecta non idonea. Visumque est mihi nomē & nomina quandoque pro debitoribus, quandoque pro ipso debito accipi: Facere autem nomina, id esse quod debitores comparare: quod diuersis modis fiebat, Pactis usuris, uel promissis mensuris, aut annuis fructibus. Pecunia enim, aut numerata seruabatur in arca, aut emptis agris uel mercibus in nominibus collocabatur: uti infra positæ autoritates melius declarabunt.

Cicero de natura deorum: Aut tu illum fructu fallas, aut per literas auertas aliquod nomen, aut per seruulum percutias pavidum.

Idem Attico: Salaminos autem, hos enim poteram coercere, adduxi ut totum nomen uellent Scaptio soluere.

Idem pro L. Flacco: Hermippoque percontanti de nomine Fasiano.

Paulus de pignoratitia actione, lege, Si conuenitur, ut nomen debitoris mei pignori tibi sit, tuēda est à Prætorē hęc cōuentio: ut & te in exigenda pecunia, & debitor aduersus me si cum eo experiar tueatur: ergo si id nomen pecuniariū fuerit,



fuerit, exactam pecuniam tecum compensabis.

Vulpianus de doli mali exceptiōe, lege, Apud Celsum: Qd si is, cui pecunia debebatur cum debitore decidit, & nomē eius uendit Seio, cui debitor mandauerat, ut nomen emeret.

Scauola de legatis, lege, Nomen debitoris in hæc uerba legauit: Titio hoc amplius dari uolo cētū aureos, quos mihi hæreditas C. Seij debet, aduersus quos ei actionem mandari uolo, eiq; eorundem pignora tradi: Quæro utrū hæredes tantū decem dare debeant, an omne debitū: hoc est, an & usuras debeant mandare? Respondi, uideri uniuersam eius nominis obligationem legatam.

Hemuleius de emptionibus, lege, Si plus: Qui nomen quale fuit uendit, dūtaxat ut sit, nō ut exigi aliquid possit, & dolum præstare cogitur.

Cinna de Catone: Mirati sumus unicum magistrum, summum Grammaticum, optimū Poëtam, omnes soluere posse quæstiones, unum difficile expedire nomen.

☞ Facere nomina. *debitores cōparare*

Cicero de officijs: Hortos emit instructos, nomina facit, negotium conficit.

Idem Fabio Gallo: Tantum ex Arpinati ueneram, cū mihi à te literæ redditæ sunt: ab eodemq; accepi Aniani literas, in quibus hoc inerat, liberalissimum nomina se facturum cum uenisset qua ego uellem die.

Paulus de Peculio, lege, Ex facto: Planè si ex re pupilli nomina fecit, uel pecuniam in arca deposuit, datur ei uendicatio nummorum.

M 2 Pomponius

Pomponius de Peculio, lege, Peculium: Si uero nomina ita fecerit dominus, ut quasi debitorem se seruo faceret, cū debitor non esset, contra puto.

Scauola de fidei commissarijs libertatibus, lege, Thais: Sticus Archarius probante domino nomina fecit, & rationes à domino scriptas exhibet, nec postea nomē ullū fecit. Idem de legatis, lege, Nomen debitoris: Multos nouos debitores amplarum pecuniarum fecit, & subdit: Quæsitum est, an huic filio eorum nominum, quæ ipse fecit, perceptio permittenda est?

Papinianus de usu, & usufructu, lege, Vxori: Non idem seruabitur in nominibus ab hærede factis.

¶ Exigere nomina.

Cicero in Verrē: Ut reperiretur pecunias sumpsisse mutuas, nomina sua exegisse.

Paulus de Vfuris, lege, Caius: Exigi solēt etiam si omnia nomina idonea sint.

¶ Nomina simpliciter.

Cicero in Verrem: Ille clamare cum raperetur, nihil se miserum fecisse, pecuniam sibi esse in nominibus numeratā, in præsentia non habere.

Idem in Topicis: Non si uxori uir legauit argentum omne quod suū esset, idcirco quæ in nominibus fuere legata sūt. Multum enim differt, in arca ne positum sit argentum, an in tabulis debeat.

Idem Attico: Nomina mea per deos expedi.

Horatius in sermonibus: Nomina sectatur.

Idē in Epistola: Cautos nominibus certis expēdere nūmos.

Vulpianus



Vulpianus de rebus eorū, qui tutela, lege, Magis puta: Quæ rere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat, uel in numero, uel in nominibus: qui cōuenire possint, uel in fructib⁹ cōditis, uel etiam in reddituum spe, atq; obuentionum.

Papinianus de administratione & periculo, lege, Tutor: Siue curator nomina quæ iuste putat non esse idonea.

Idem eodem titulo, lege, Tutores nominum paternorum periculum, quæ post pubertatem adolescentis idonea fuerāt, præstare cogendi non erunt.

Scauola de administratione & periculo, lege, Qui negotiationem: Duo milia potuerint à substantia hæreditatis separare, & in nomina collocare neglexerint.

Idem de fundo instructo, lege, Liberto: Ex nominibus debitorum elegit idonea nomina.

Africanus ad Senatusconsultum Velleianum, lege, Tutor: Quod parum idonea nomina debitorum uiderentur.

Modestinus, Si certum petatur: Periculum nominū ad eius cuius culpa factum probari potest, pertinet.

Scauola de statu liberis, lege, Stico: Argentarius coactor cū penè totam fortunam in nominibus haberet.

Idem de fundo instructo, lege, Liberto: Ex nominibus debitorum elegit idonea nomina.

Idem de donationibus, lege, Ad eum: Peculium tuū omne quicquid habes, tam in nominibus, q̄ in rebus mouentibus, siue in numero, me tibi concedere hac epistola mea manu scripta, notum tibi facio.

Papinianus de administratione rerum, lege, Imperatores: Item rescripserunt, nominum quæ deteriora facta sunt tē-

M 3 pore

pore curatoris, periculum ad ipsum pertinere.

¶ OPERAM ludere.

**Q** Vis neget esse modum loquendi, quo Latinitas tota contineatur? Nam quis esset, qui operam ludere, dicere auderet? nisi prius patres illi latinæ eloquentiæ sic dixissent. Cū enim frustra aliquid fieri putabant, Operam ludimus dicebant: quod imitatione dignū maxime est.

Plau. in Pseudolo: In pertusum ingerimus dicta doliū, operam ludimus.

Terētius in Phormione: In illis fruct⁹ est, in illis opa ludit⁹.

Plautus in Casina: Si me nunc suspendam, operam luserim, & præter operam restim sumpti fecerim.

¶ OS.

**O** S, certo modo loquendi ab illis antiquis pro audacia, & temeritate, quandoq; pro conspectu ponitur.

Cicero in Oratore: Quod tandem os est illius patroni, qui ad eas causas sine ulla scientia iuris audet accedere?

Idem in Verrem: Os hominis, insignemq; impudentiam cognoscite.

In Philippica quinta: Sed illud os, illam impuritatem.

In Philippica undecima: Audisset furentis introitum Dolo bellæ, uocem impuram, atq; os illud infame.

Idem p. C. Rabirio Posthumo: Quod habet os? quam audaciam?

Salustius in Iugurtino: Incedunt per ora uestra magnifice.

Cicero pro Gn. Planco: Quæ cum ita sint, iam succumbam Lateren. isti tuo ori nimio, in eo, in quo nihil potest esse nimium: quoniam ita tu uis, nimium me gratum esse concedā.

Operæ



## ¶ OPERÆ.

**O**peræ in plurali, quod nusq̄ ab alijs obseruatum reperit, id esse uidentur quod sectatores, assedæ, dientes. Quæ res quo iudicari facilius queat, ut consueui, infra quæ collegi, locaui.

Cicero Q. fratri: Cum omnia maledicta, uersus etiam obscæ-  
nissimi in Clodium, & Clodiam diceretur: ille furens & ex-  
anguis interrogabat suos in clamore ipso, quis esset qui ple-  
bem fame necaret? Respondebant Operæ, Pompeius, &  
subdit: Factus est à nostris impetus, fuga operarum. & sub-  
dit: Itaq; se comparat, homines ex agris accersit, operas aut  
suas Clodius confirmat, manus ad Quirinalia paratur.

Eidem: Operæ Clodianæ clamorem sustulerunt.

Idem Attico: Operæ comparantur.

Eidem: Operæ Clodianæ pontes occupant.

Eidem: Qui erant mecum, facile operas aditu prohibue-  
runt.

Idem pro P. Sextio: Erat enim mihi contentio, non cum ui-  
ctore exercitu, sed cum operis conductis, & ad rapiendam  
urbem concitatis.

Idem pro P. Sylla: Contra patrem tuum operas, & manum  
comparasse.

Idem, qua Senatui gratias agit post reditum suum: Cum ijs-  
dem operis suffragium ferentibus.

## ¶ OB TINERE prouinciam.

**O**btinere prouinciam, modus dicendi, quo significa-  
tur habere prouinciam ad tempus ad regendum, ut  
Proconsul,

Proconsul, aut Prætor, uel ut Quæstor, aut pro alio magistratu.

Cicero in Verrem: Iam antea in sella sedens Prætor, cū prouinciam Siciliam obtineret.

In eūdem: Sic obtinui Quæsturam in prouincia, ut omnium oculos in me unum coniectos arbitrarer.

Idem pro L. Flacco: Cum Asiam prouinciam consulari Imperio obtineres.

Idem pro Q. Ligario: Interim P. Actius Varus, qui prætor Asiam obtinuerat, Vticam uenit.

Idem in Vatinius testem: Cum Quæstor Macedoniã obtinebat.

Idem pro M. Calio: Africam tum Prætor ille obtinebat.

Lentulus Ciceroni: Et mihi dent negociũ ut Asiã obtineã.

T. Liuius ab urbe condita: Galliam prouinciam obtinere.

¶ **COBTINGERE** autem prouinciam est, cum sortito prouincia regenda alicui committebatur.

Cicero in Verrem: Quæstor ex Senatusconsulto prouinciã sortitus es, obtigit tibi consularis.

Idem Attico: Asiam Quinto suauissimo fratri obtigisse audisti.

¶ **COB.**

**E**Velli ex intimis latebris, modo cõiunctiõis. modo præpositionis particulæ **Ob**, candidissimũ sensum: nõ em̃ uulgatum illum, aut palàm positum, quod propter significat, uerum id quod circum, uel ante, aut contra ostendat, atq; ita ante, ut sermoni interponatur uelut obex quidam, & interiaceat: ut obsidere urbem, id est circum sedere.

Plau.



Plau. in Milite: Nunc demum experior ob oculos caliginem prius mihi obtigisse.

Ibidem: Nam ille qui lanam ob oculum habebat, nauta nō erat.

Idem in Truculento: Irata est, quia scortum ob oculos adduxerit.

Cicero pro P. Sextio: Aut ego illas res tantas, in tāta improborum multitudine cum gerebam, non mihi mors, nō exilium ob oculos uersabantur?

Idem de finibus bonorum & malorū: Cuius incola Sophodes ob oculos uersabatur.

Titus Liuius ab urbe condita: Fœda mors ob oculos erat.

Ibidem: Vt mors ob oculos omnium esset.

Vergilius: Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.

Plautus in Aulularia: Dum it dormitum, follem obstringit ob gulam.

¶ Inde obire prouinciam, obire fundos,

obire sacra dicitur.

Cicero in Verrem: Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obi.

Idem De oratore: Iudicia priuata magnarum rerum obire.

Ibidem. Cui nostrum non licet fundos nostros obire?

Vergilius: Ducunt exortem Aeneæ, quem fulua leonis pelis obit totum.

Cicero in Verrem: Nam æstate summa, quo tempore cæteri Prætores obire prouinciam & cōcurrere cōsueuerunt.

Ibidem: Cum uero æstas summa esse iam cœperat, quod tēpus omnes iam semper Siciliae Prætores in itineribus cōsu

N mere con

mere confueuerunt, propterea quod tum putant obeundam esse maxime prouinciam cum in arcis frumenta sunt. Idem pro lege Manilia: Cum ita clausa erant nobis omnia maria, ut neq; priuatam rem maritimam, neq; publicam iam obire possimus.

T. Liuius ab urbe cōdita: Quāq; ipse plurima sacra obibat. Ibidem: Munus uigiliarum obibant.

Ibidem: Quia duo Consules obire tot simul bella nequirerēt.

Ibidem: Ne ad omnia simul adire, & obire unus nō possit.

Ibidem: Haud grauate munia obeundo.

Cicero de Amicitia: Qui diligentissime semper illum diem, illudq; munus solitus es obire.

Pro lege agraria: Qui rerum priuatarū causa legationes liberas obeunt.

Ibidem: Hereditatum obeundarum causa.

Vergilius: Magnas obeuntia terras Tot maria intraui.

Cæsar in commētarijs: Omnia per se obire, & quid quoquo loco faciendum esset prouidere non posset.

¶ De particula Ob, pro contra.

Plautus in Stico: Tranquillam uiam concinna: Si rex obstabit, regem peruertito ipsum.

Ibidem: Si tibi nulla ægritudo est animo obuiam.

¶ OFFENDERE. *synuolen.*

**O**ffendere, interdum idem est quod incurrere: Vnde offensiones pedum, quas Augustus Cæsar ut dirum & mali ominis abhorrebat.

Plautus in Curculione: Ne quem incurfu capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu.

Cicero



Cicero Marco Varro ni: Quis est tam linceus, qui tantis tenebris nihil offendat, nisi incurrat?

Idem Lentulo: Si cecidisset ut uolumus, & optamus omnes te sapienter, & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupide, & temere fecisse dicturos.

Idem in Verrem: Si tantulum offensum, titubatumque sit.

Ouidius in Epistola: Cum foribus uelles ad Troiam exire paternis, Pes tuus offensus limine signa dedit.

Idem de Fastis: Creditur offenso procubuisse pede.

Tibullus: Te canit agricola è magna cum uenerit urbe:

Serus inoffensum retuleritque pedem.

Idem: Offensum in porta signa dedisse pedem.

Vitruuius: Si ad asciam offenderint calculi, non erit calx temperata.

Plautus in Penulo: Quemque uisco offenderat.

Titus Liuius ab urbe condita: Miles offenso scuto praeiuit sonitum.

Cicero pro Cluentio: Qui bis apud eos iudices offendisset.

OPES.

**O**pes à bonis illis autoribus positas non solum pro diuitijs, uerum etiam pro potentia, quæ constat ex amicis, clientelis, propinquis, populari fauore, infra planè colliges.

Cicero de officijs: Existuntque in Repub. plerumque largitores & factiosi, ut opes quam maximas consequantur, & sint potius superiores uis, quam iusticia pares.

Idem de amicitia: Diuitia ut utare, opes ut colare, honores ut laudare.

N 2 Ibidem: Sic

Ibidem: Sic multorum opes præpotentium excludunt amicitias fideles.

Idé pro Cluétio: Sylla maximis opibus, cognatis affinibus.

Idem Attico: Tamen firma munitur quædam nobis ad retinendas opes nostras tuta (ut spero) uia.

Idé pro P. Quintio: Ut P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt, cū aduersario gratiosissimo contendat.

Idem ad equites Romanos: Et singulorum opes sæpe sunt tenues.

Idem pro L. Murena: Ut eius opes, atq; ingenium præsidio multis etiã alienissimis, uix cuiq; inimicus esse deberet.

#### OPTIMVS, Maximus.

**O**ptimus, Maximus, nō solum de deo dicitur, sed de fūdo, agro, domo, & alijs.

Celsus de contrahenda emptione: Cum uenderes fundum non dixisti, ut Optimus Maximusq; est.

Hemuleius de emptionibus, lege, Quoad seruitutes: Nisi ut Optimus maximusq; esset traditus fuerit fundus.

Paulus de legatis, lege, Si mihi: Uti Optimi maximiq; sunt.

Idem de fundo instructo, lege, Fundo legato: Ut Optimus maximusq; est.

#### PERPETVVS.

**Q**uam multi in nomine Perpetuū, & uerbo Perpetuo errauerunt, proprietatem, quæ in dicendi bonorū autorum modo consistit, ignorantes: Est enim Perpetuū, inter cætera quod solidum, non concisum in frustra, sed continuatū, nō interruptum, aut temporis spacio intermissum.

Et eodem



Et eodem sensu Perpetuare dicitur, id est sine intermissione continuare, uti infra late ostendetur.

Plautus in Rudente: Iactate exemplis plurimis misere perpetuam noctem.

Idem in Mercatore: Siquidem isti dicto solida, & perpetua est fides.

Terentius in Ecyra: Cum milite Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo: biennium ibi perpetuum misera illum pertuli.

Ibidem: O fortuna, ut nunquā es perpetuo bona.

Cicero in Verrem: Vna lata uia perpetua.

Idem ad Atticum: Clodium praesentem fregi in Senatu, cū oratione perpetua plenissima grauitatis, tū altercatione.

Cato in re rustica: Vltro, citroque sulcos perpetuos ducito.

Caesar in cōmentarijs: Erant perpetuæ paludes.

Ibidem: Trabes perpetuæ collocantur.

Ibidem: Palus perpetua intercedebat.

Ibidem: Perpetuæ fossæ quinos altæ pedes ducebantur.

Ibidem: Pro uetere, ac perpetua in me fide.

Ci. pro lege Manilia: Quod ut illi propriū, ac perpetuū sit.

Idem pro Gn. Planco: Ego uero si cum illorum impiorum ferro & manu concidissem, imperpetuum Respub. Ciuile praesidium salutis suæ perdidisset.

Idem in Catilinam: Ignem Vestæ perpetuū, ac sempiternū.

Vergilius: Pascuntur perpetuo tergo bouis.

Idem: Perpetuis soliti patres considerare mensis.

Idem: Sola ne perpetua moetens carpere iuuenta.

Quidius in Ibin: Diij tibi dent, nudosque lares, inopemque se-

- nectam: Et longas hyemes, perpetuamq; sitim.  
 Idem de Ponto: Sic mea perpetuis liquefcunt pectora curis:  
 Catullus: Iucundum mea uita mihi proponis amorem  
 Hunc nostrum inter nos, perpetuumq; fore.  
 Vitruuius: Dū in crassitudine perpetuæ taleæ oleaginæ ustu-  
 latae quàm creberrime instruantur.  
 Idem: Quæratuꝛ solum, si sit perpetuo solidum.  
 Idem: Si autem ualles erūt perpetuæ, in dedinato loco cur-  
 sus dirigentur.  
 Titus Liuius ab urbe cōdita: Saltus perpetuis montibus in-  
 ter se iuncti.  
 Ibidē: Modo sit perpetuus huius qua uiuimus pacis amor.  
 Idem de bello Macedonico: Perpetuis orationibus die as-  
 sumpto.  
 Paulus de seruitutibus rusticorum prædiorum, lege, Si uia:  
 Si lacus perpetuus in tuo fundo est: nauigandi quoq; serui-  
 tus, ut perueniatur ad fundū uicinum, imponi potest.  
 Idem: Quod cuiusq; uniuersitatis nomine, lege, Item eorū:  
 Nisi lex municipij, uel perpetua consuetudo prohibeat.  
 Vulpianus, soluto matrimonio, lege, Si cum dotem: Et si qui-  
 dem interuallū furor habeat, uel perpetuus quidam mor-  
 bus est.

¶ PERPETVARE. *fund tuycen*

- Plau. in Pseudolo: Non est iustus amator, nisi qui perpetuat  
 data.  
 Cicero de Oratore: Vt sicui sit infinitus spiritus datus, tamē  
 eum perpetuare uerba nolimus.  
 Idē pro P. Sylla: Semp̄ Cecilius in calamitate fratris sui iudi-  
 cum pote



cum potestatem perpetuandā, legis acerbitatem mitigandam putauit.

¶ **PRÆSTARE** culpam, dolum, & huiusmodi.

**C**um legissem uarijs in locis in Cicerone, apud iuriscōsul-  
tos, & autores alios, penes quos uideť quodāmodo La-  
tinæ linguæ proprietates reſediſſe, præſtare culpā, dolum, uim,  
caſum, uictium, & alia huiusmodi: & quaſi cæcutiētibus ocu-  
lis quid eo modo dicendi ſignificaret, hallucinarer: cōtulif-  
ſemq; ſimul plura loca ex ijs, quo id melius internoſcerem:  
uiſum eſt mihi id eſſe præſtare culpā, uictiū, & cætera id ge- voz de tycht ſtaen.  
nus, quod ad culpam teneri. Et ut ſignificantius dicam, id  
mihi uideatur culpam præſtare, quod ſtare pro culpa: uti cla-  
rius ex ijs quas ſubiecti autoritatibus demonſtratur.

Cicero in Epistoła C. Torquato: Simus igitur ea mēte, quā  
ratio & ueritas præſcribit: ut nihil in uita à nobis præſtan-  
dum præter culpam putemus.

Idem de Oratore: Perge uero Cræſſe, inquit Mutius: iſtam  
enim culpam, quam uereris, ego præſtabo.

Ibidem: Defendebamus quicquid fuiſſet incōmodi in māci-  
pio, id ſi uenditor ſciſſet, neq; declarafſet, præſtare debere.

Ibidē: Demōſtrare grauiffimis uerbis multos ſæpe impetus  
populi nō iniuſtos eſſe, quos præſtare nemo poſſit.

Idem Papirio Peto: Sic uideo philoſophis placuiſſe ijs, qui  
uulgo ſoli uidentur uim uirtutis tenere: nihil eſſe ſapientis  
præſtare, niſi culpam, qua mihi uideor dupliciter carere.

Idem in Topicis: Omnibus eſt ius parietem directum ad  
parietem communem adiungere ſolidum uel fornicatum.

At ſi quis in pariete communi damni infecti promiferit,  
non

non debet præstare quod fornix uiti fecerit.

Idem pro P. Sextio: Ea conditione gesseram, ut meum factum semper omnes præstare, tueriçz deberent.

Idem ad Quintum fratrem: Quos uero, aut ex domesticis coniunctionibus, aut ex necessarijs apparitionibus tecum esse uoluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solent: horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt.

Idem de officijs: Si autem dictum non omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas?

Cæsar in cõmentarijs: Neq; periculum præstare eorum, sed totam rem ad Pompeium reijcere.

Cicero de officijs: Nam cum ex. xij. tabulis satis esset ea præstare, quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset dupli pœnam subiret, à iuriconsultis etiam reticentiæ pœna est constituta. Quicquid enim est in prædio uiti, id statuerunt si uenditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. & subdit: Cum in uendendo rem eam scisset, & non pronũciasset emptori, damnum præstari oportere.

Papinianus de rei uendicatione, lege, Si nauis: Periculũ nauis possessor petitori præstare non debet.

Idem de administratione & periculo, lege, Tutores: Nominum paternorũ periculũ præstare cogendi non erunt.

Idem eodem titulo, & ea lege: Victus præteriti temporis periculum præstabit.

Vulpianus, Nautæ, caupones &c. lege, Si quis: Factum non solum nautarum præstare debere, sed & uectorum.

Idem de Tutelis, lege, Si filiusfamilias: Aequum est, ut cum dũtaxat



duntaxat dolum pater præstet, qui cõmissus est ante emã  
 cipationem filij.

Idem de Magistratibus, lege, In ordinem: Non enim debēt  
 magistratus futuros casus, & fortunam præstare pupillo.

Idem de legatis primo, lege, Quid ergo: Sed si animal lega-  
 tum occiderit, puto teneri, non ut carnem præstet, uel cæte-  
 ra, sed ut præstet precium.

Pompeius de negocijs gestis, lege, Si negotium absentis, &  
 ignorantis geras: & culpam, & dolum præstare debes. Sed  
 Proculus ait: Interdū & casum præstare debet.

Pomponius soluto matrimonio, lege, Si mora per mulierē  
 fuerit, quo minus dotem recipiat, dolū malum dūtaxat in  
 ea re, non etiam culpam maritus præstare debet.

Idem eodem titulo, lege, In partem: Dolum & culpam in eo  
 peculio uel acquirendo, uel conseruando maritus præstare  
 debet.

Idem eodem titulo, lege, Etiam: Licet in dotalibus rebus nō  
 solum dolum, sed & culpam maritus præstet. Cum tamen  
 querit in iudicio de dote, an facere possit: dolum dūtaxat  
 comprehenditur.

Paulus eodem titulo, lege, Si filiofamilias: Si post diuortiū  
 res dotalis deterioris factæ sint, & uir in reddenda dote  
 moram fecerit, omni modo detrimentum ipse præstabit.

Idem de Fideiussoribus, lege, Hæres: Eius qui non iure tu-  
 tor, uel curator datus administrationi se nō immiscuit, do-  
 lum, & culpam præstare non debet.

Iabolenus eodem titulo, lege, In ijs rebus, quas præter nume-  
 ratam pecuniam doti uir habet, dolum malum & culpam

○ præstare

præstare eum oportere Seruius ait.  
 Vulpianus legati & conducti, lege, Ex conducto: Seruius  
 omnem uim, cui resisti non potest, dominum colono præ-  
 stare debere ait, ut puta fluminum, graccularum, sturno-  
 rum, & si quid simile acciderit.

¶ PRAE. *mer dan.*

**P**raepositio Prae, elegantissime à bonis illis autoribus po-  
 nitur cum comparationem quãdam inducit: ut Prae no-  
 bis beatus uideris, id est, plus nobis beatus. Aliquando ta-  
 men ad comparationẽ, ut aliqui etiam dixerunt, Plautus &  
 Terentius praepositionem hanc praee, componunt cum q̄,  
 quandoq; c̄m ut, ut darius infra uidebitur.

Plautus in Aulularia: Sed hoc etiam pulchrum est praee q̄  
 ubi sumptus petunt.

Idem in Mostellaria: Video te nihil pendere omnes homi-  
 nes praee Philolache.

Idem in Stico: Iuniores omnes relietas habeo praee quod tu  
 nolis.

Idem in Milite: Qui non sum dignus praee te, qui figam pa-  
 lum in parietem.

Ibidem: Praee illius forma quasi spernas tuam.

Ibidem: Nihil herde hoc quidem praee ut alia dicam.

Idem in Menechmis: Modestior nũc quidem est de uerbis  
 praee ut dudum fuit.

Idem in Mercatore: Pentheum diripuisse aiunt Bacchas, nu-  
 gas maximas fuisse credo praee ut quo pacto ego diuersus  
 distrahor.

Ibidem: Sanus si sum praee te medicum mihi expetam.

Terentius



Terentius in Eunucho: Hic ego illum contempſi præ me.

Ibidem: Qui ſi occæperit amare, ludum, iocumq; fuiſſe alterum dices illū, prout huius rabies quæ dabit.

Idem in Adelphis: Omnia poſtponenda putauit præ meo commodo.

Ibidem: Atq; huicaliquid paululum præ manu dederis.

Cicero Seruio Sulpitio: Non tu quidem uacius moleſtijs, ſed præ nobis beatus.

Idem in Verrem: Omnium minas atq; omnia pericula præ ſalute ſua leuia duxerunt.

Ibidem: Vt ipſe conſului hac cauſa præ me nimis, etiã ſi fieri poſſit, q̄ priuatus eſſe uideatur.

Ibidem: Atq; ut intelligatis ab iſto præ lucro, prædãq; præſenti nec uectigaliū, nec poſteritatis habitam eſſe rationē.

Idem in Rullum: Quæ ſi in illo minima fuiſſent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur.

Idem in Bruto: Iſq; ſe ita putat Atticum, ut ueros illos præ ſe penè aggreſtes putet.

Cæſar in cōmentarijs: Quod omnibus Gallis, præ magnitudine corporū ſuorū, breuitas noſtra contemptui eſt.

Horatius: Cūcta ne præ cāpo & Tyberino flumine ſordēt.

Titus Liuius ab urbe con. Qui omnia præ diuitijs humana ſpernunt.

Idem de bello Macedonico: Sed quid iſta præ ijs, quæ à te, tuiſq; quotidie alia ſuper alia facinora æduntur.

¶ PRAEIVDICARE. *von rechten*

**P** Ræiudicare, apud eos, qui nouum non antiquum dicendi modum inſcite ſectantur, eſt id quod damnum,

O 2 aut iacturā

Iudi-  
cium  
præiu-  
diciū

aut iacturam dare: ueluti si dicant, ut solent: In hac re mihi ualde præiudicatur, aut hoc non sine meo præiudicio fieri potest. Qui modus dicendi quàm procul absit ab uera, elegantiq; Latinitate, infra perspicietur. Nam præiudicare est aliquem exemplo alieni iudicij damnare. Hoc enim iudicium à præiudicio differt. Iudiciū est quod ex causa ipsa fit. Præiudicium autem quod iudicibus exemplum postea præbet ad iudicandum in eadem causa, uel paribus causis, uti clare in oratione Ciceronis pro Cluentio colligitur: qui duobus præiudicijs, uno in Scamandrum, altero in Fabricium eadem ueneficij causa factis, Oppianicum damnatū esse demonstrat.

Cicero pro Cluentio: Cum Oppianicum iam perditum, & duobus iugulatum præiudicijs uideret.

Ibidem: Tum deniq; cum duobus proximis præiudicijs condemnatus esset.

Ibidem: Nisi quæ præiudicia de eo facta esse constarent.

Ibidem: Deinde ea de eo præiudicia esse facta ab ipsis iudicibus à quibus condemnatus est: ut non modo ab eisdem, sed ne ab alijs quidem ullis absolui ullo modo posset.

Ibidem: Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, ut re semel atq; iterum præiudicata, condemnatus in iudicium uenerit.

Ibidem: Et qui cæteros nullo præiudicio facto, tamē ex ipsa causa condemnassent.

Ibidem: Cum ijs duobus præiudicijs iam damnatus esset.

Ibidem: Patefactum est illo iudicio reum condemnari, præsertim ab eisdem iudicibus, qui duo præiudicia fecissent.

Idem pro



Idem pro L. Murena: Si existimabit iudicium accusatoris in reum pro aliquo præiudicio ualere oportere.

Idem de arte Rhetorica: Satis ne causæ sit, quare cū de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudicium cōparatum sit, præiudicetur.

Idem in Verrem: De quo non præiudicium, sed planè iudicium iam factum putatur.

Ibidem: Hoc miror, qui de hoc homine præiudiciū uoluerit fieri, per recuperatores de hoc ipso non modo præiudicari, uerum grauissime, & uehementissime iudicari.

M. Brutus Ciceroni: Quod enim nondū Senatus censuit, nec populus Romanus iussit, id arroganter nō præiudico, neq; reuoco ad arbitrium meum.

T. Liuius ab urbe condita: Præiudicium iam de reis, & à Senatu & à populo Romano, & ab ipsorū collegis factū esse.

¶ PROXIMVS, & Vicinus.

N Vlli dubium est, quin inter Proximum & Vicinū differentia sit, licet prima facie uideantur idem: Nam qui uicinus est, proximus certe uideri potest: & contra, qui proximus, esse idem qui uicinus. Est tamen Proximus is, quem nemo antecedit, & quo nemo uicinior est. Vicinus autem proximus esse, & idem non proximus esse potest: Sed ea duo nomina coniuncta antiquo modo dicēdi, quo discrimen interno sceretur, elegantissime reperiuntur.

Vulpianus de suis, & legitimis hæredibus, lege: Is est proximus, quem nemo antecedit: & is ultimus, quem nemo sequitur.

Plautus in Mercatore: Tuus amicus, & sodalis simul uicinus  
 O 3 proximus

proximus.

Terentius in Ecyra: Despōdet ei gnatā huius uicini, pximi:  
Cicero Attico. C. Arrius pximus est uicinus, immo ille qui-  
dem iam contubernalis.

Eidem. C. Albanus proximus est uicinus.

Idē de officijs: Quærit ex proximo uicino, num feriæ quæ-  
dam piscatorum essent; quod eos nullos uideret. Nullæ  
(quod sciam) ille inquit.

Iabolenus, locati & conducti. Qui domū habebat, aream  
iunctam ei domui uicino proximo locauerat.

Paulus de noui operis nunciatione, lege: Non solum proxi-  
mo uicino, sed superioribus.

¶ PERTINERE. *antreffen*

**P**ertinere non semper impersonale est, nec eodem signifi-  
cato: Nam pertineo reperitur apud illos ueteres, signifi-  
cans id quod pertingo, peruenio, contingo.

Cicero de natura deorum: Paulò supra quàm ad linguā sto-  
machus annectitur, eaq; ad pulmones usq; pertinent.

Ibidem: Ad easdem partes iecoris confluunt, ad quas omēs  
eius uiaē pertinent.

Ibidem: A corde autē in totū corpus distribuitur per uenas  
admodum multas, in omnes partes corporis pertinētes.

Idem in Murenam: Latius patet illius sceleris contagio, q̄  
quisq; putat, & ad plures pertinet.

Idem de officijs: Quod eorum administratio latissime pa-  
teat, ad plurimosq; pertineat.

Cæsar in cōmen. A finibus Treuerorū ad Neruios pertinēt.

Ibidem: Equites barbaris omnibus, qui ad Oceanum perti-  
nent ab



ment ab Afranio imperantur.

Idem: Belgæ ab extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni.

Ibidem: Aquitania à Garumna flumine ad Pyreneos montes, & eã partẽ Oceani, quæ ad Hispaniã uergit, pertinet.

Idem: Neq; nostri longius, q̃ quæ ad finẽ porrecta, ac aperta loca pertinebant, cedentes insequi auderent.

Idem: Veragrosq; misit, qui à finibus Allobrogum, & lacu Lemãno, & flumine Rhodano ad sũmas alpes pertinent:

Idem: Syluã esse ibi infinita magnitudine, quæ appellatur Bacenis, ac longe introrsus pertinere.

Hircius in cõmen. Atq; id iugum, quod trans paludem penẽ ad hostium castra pertineret, mediocri ualle à castris eorum intercisum animaduerneret, pontibus palude conftrata legiones traducit.

T. Liuius de bello Punico: Hi mores, eãq; charitas patriæ p̃ omnes ordines uelut tenore uno pertinebat.

Idem de bello Macedonico: Agros ad mare pertinentes euastat.

Vulpianus de fonte deducẽdo, lege, Prætor: Quod ait Prætor, p̃tinet: hoc significat quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet, hoc est dirigitur, extenditur, peruenit.

Hircius in commentarijs: Alexandria est ferẽ tota subfossa, specusq; habet, ad Nilum pertinentes.

Cæsar in commentarijs: Omnia flumina, atq; omnes riuos, qui ad mare pertinebant, Cæsar auerterat.

Ibidem: Ad earum partem munitiorem ducit, quæ pertinebant ad mare.

Ibidẽ:

Ibidem: Quam pertingere à castris ad flumen supra demon-  
strauimus.

Ibidem: Hæc syluã quãdam contingebant.

¶ PRAECIPITO.

**V**erbo Præcipito ueteres illi laudatissimi utebãtur, præ-  
cipue cum de syderibus, uel temporibus mentio inci-  
debat. quod cum nonnulli minus obseruassent, Præcipita-  
re actiuũ pro uerbo passiuo positũ esse suspicati sunt. Mo-  
dus enim loquendi eos latuit, qui pro Grammatica & ra-  
tione apud eos autores, & in eo uerbo, & alijs frequenter  
usurpatur.

Cicero in Oratore: His autẽ de rebus sol me ille admonuit,  
ut breuior essem: qui ipse iam præcipitans, me quoq; hæc  
præcipitem penè euoluere coegit.

Cæsar in commen. Multi iam menses transierant, & hyems  
iam præcipitauerat.

Vergilius: Et nox humida cælo præcipitat.

¶ PRAEVERTERE, præuerti, anteuertere.

**P**ræuertere, præuerti, anteuertere, nõ id significant quod  
præcedere (ut aliqui uolũt) sed id quod præponere, præ-  
uenire: sed non suo, immo potius præ postero, ac peruerso  
ordine: id est, ut quod erat in animo, ut postea fieret, fiat  
antea: & contra, quod ante erat faciendum, postea fiat. Sed  
id quoq; præcipue notandũ est, Datiuum post se plerũq;  
trahere, ac deponens idem uerbum etiam fieri.

Plautus in Milite: Iam nos isti rei præuertemur.

Ibidẽ: Igitur id quod agitur, nũc hoc primũ præuerti decet.

Idem in Mercatore: Mandatis rebus præuerti uolo.

Ibidem:



Ibidem: Abige abs te lassitudinē, caue pigritiæ præuertier.

Idem in Captiuis: Certum est hoc principium præuertier.

Ibidem: Pol mœrores mihi anteuertunt gaudijs.

Ibidem: Ei rei primum præuerti uolo.

Idem in Pseudolo: Sed cum pietatem uideo amoris tuo præuertere, omnes tibi patres sunt.

Ibidem: Hoc præuertat principio: illa omnia missa habeo, quæ antea agere cecepi.

Idem in Persa: Stultitia est, sicui bene esse licet, eum præuertitibus: posterius ista hæc te magis agere par est.

Idē in Cistillaria: Præuerti hoc certū est rebus alijs omnib⁹.

Idem in Mercatore: Sæpe ex te audiui pater, mandata rei omnes sapientes primum præuerti decet.

Idem in Bacchidibus: Rebus alijs anteuertant Bacchis, quæ mandas mihi.

Idē in Cassina: Omnibus rebus ego amorē credo, & nitibus nitidis anteuenire.

Cicero de diuinatione: Si uacas animo, neq; habes aliquid quod huic sermoni præuertendum putes.

Ibidem: Atq; idipsum, cum tecum agere conarer, Fannius anteuertit.

Horatius cū uellet notare uitia amicarū corrumpere amatores: dixit, Illuc præuertamur. ac si dixisset, prius erat notandum amatores decipere amicas, sed præpostere dicam de uitijs amicarum. Ait enim:

Horatius  
tj lo/  
cus.

Illuc præuertamur, amatorem quod amicae

Turpia decipiunt cæcum uitia, aut etiam ipsa hæc

Delectant.

P T. Lilius

T. Liuius ab urbe condita: Nec posse cum hostes proprie ad portas essent, bello præuertisse quicquam.

Ibidē: Aegre impetratū à tribunis, ut bellū præuerti sinerēt.

Ibidem: Nec rem aliam præuerti censere.

Idem de bello Punico: Aut morte uoluntaria, aut fuga præuenterent metum suppliciorum.

Idem ab urbe condita: Conati noui Cōsules omnibus eam rem præuerti.

Ibidem: Si Punicum Romano præuertisset bellum

Idem de bello Macedonico: Aliud in præsentia, quod magis instaret, præuertendum sibi esse duxit.

Ibidē: Præuertēdos animos à suspiciōe taliū cōsiliōrū ratus.

¶ PONERE in lucro, & in lucris. *omniſeyns gelück krygen*

**P**ONERE in lucro, modus hic loquēdi tum dicebatur, cum aliquid boni præter spem eueniebat.

Cicero pro L. Flacco: Quiescant igitur, & me in hoc lucro ponere, atq; aliud agere patiantur.

¶ PARVO negotio. Nullo negotio.

**P**ARVO negotio, nullo negotio, modus loquēdi illorū felicitium temporum, id significat quod imperiti, paruo labore, nullo labore dicunt.

Cic. Attico: Cato qui Siciliam tenere nullo negotio potuit.

¶ PRO tempore. Pro re. Pro loco.

*na gelegenheit & tje*

**P**RO tpe, pro re, pro loco, significat qd̄ inepte dicūt, p̄ q̄litate tēporis, rei, loci, modi sūt loquēdi doctissimi illi 9<sup>o</sup> sæculi.

Cæsar in cōmen. Cōsiliū pro tempore, & pro re caperet.

Vergilius in Bucolicis: Nūc te marmoreū pro tpe fecimus.

Salustius in Iugurtino: Pro tēpore benigne respondit.

Ibidem



Ibidē: Deinde ipse pro re, ac loco paulatim procedere.

Cic. Attico: Nam pro malis recte habebat.

Salustius in Catilina: Quod singuli pro opibus quisq; q̄ plurimas uxores, denas aliq, aliq plures habeant.

¶ Deprecandi modus. Per fortunas, Per caput, per fidem, per deos, per homines.

**P**er fortunas, per fidē, per deos, per homines, modus est deprecandi elegantissimus, à literatis celebratus, ab alijs neglectus.

Plautus in Menechmis: Per ego uobis deos, atq; hoies dico.

Ibidem: Per ego te hæc genua obtestor.

Terentius: Per ego te deos oro, ne illi animū inducas,

Ci. Attico: Per fortunas, qm̄ Romæ manes, pm̄ illud p̄fice.

Eidem: Subueni igitur per deos, idē q̄ primum.

Eidem: Ne prouincia nobis prorogetur per fortunas dum ades, quicquid prouideri potest prouide.

Eidē: Sed p̄pera p̄ deos, scis q̄tū sit in tpib⁹, q̄tū i celeritate.

Eidem: Per fortunas, & oēm tuū amorē, quo me es cōplexus oēmq; tuā prudentiā, quā me herde in om̄i genere iudico singularē. cōfer te ad eā curā, ut de omni statu meo cogites.

Eidē: Ad quæ recuperanda per fortunas, incumbē, ut facis.

Idem Terentiæ: Per fortunas etiam, atq; etiam uide, ne puerum perditum perdamus.

T. Liuius de bello Punico: Per ego te inquit fili quæcūq; iura liberos iungunt parentibus, precor, quæsoq;.

¶ PARS, pro uirili parte, pro uirili.

**P**ro mea parte, pro sua parte, pro rata parte, pro portione: hic est idem dicendi modus, qui pro uirili parte, quā

P 2 doq; ab

doq; absolute, pro uirili, quod meo iudicio à uiritim descēdit: ut sit pro uirili parte, id est quod uiritim diuisum aliquem contingeret.

Cicero Metello Celeri: Atq; etiam ut ita fieret, pro mea parte adiuui.

Idem in Verrem: Præcipue quod in ijs artibus pro mea parte uersor, quarum ille princeps fuit.

Idem in Philip. Tum me eius beneficio plusq; pro uirili parte obligatum puto.

Idem de legibus: Ac post de eius hæredibus aliquis exegisset pro sua parte.

Idem in Verrem: Est aliqua mea pars uirilís, quod eius ciuitatis sum.

Ouidius de Ponto: Gaudia Cæsarea mētis pro parte uirili Sunt mea.

Cicero in somnio Scipionis: Hic est inquit ille, qui interualis coniunctis imparibus, sed tamen pro rata parte ratione disiunctis, impulsu & motu ipsorum orbium conficitur.

Idem in Tusculanis: Omnia ista perinde ut data sunt pro rata parte à uita, longa aut breuia dicuntur.

Cæsar in cōmentarijs: Agros ex suis possessionibus pollicet quadraginta in singulos iugera, & pro rata parte Centurionibus, euocatisq;.

Varro de re rustica: Ut & lac pingue habeant, & multū pro portione.

Ibidem: Remittendum in datione portione.

Ibidem: Et bubulci portione addendi.

Cato de re rustica: Proportione omnia ea facito.

Cicero



Cicero De oratore: Sed oportet ut ædibus, ac templis uestibula & aditus, sic causis principia proportione rerum proponere.

T. Liuius ab urbe cõdita: Nec impensa grauis est, cū plusq̃ pro uirili parte sibi quenq; capere principium uiderint.

Ibidem: Illius gloriæ pars uiril̃s apud om̃es milites sit suæ, uictorem neminem socium esse.

Ibidem: Plus sibi q̃ pro uirili parte amittendum esse.

Vitruuius: Præcintiones ad altitudines Theatrorum pro rata parte faciendæ uidentur.

¶ Pars etiam pro officio plurimum candoris habere solet. Appen  
Cicero De oratore lib. ij. Sed tamen hoc cecidit mihi perop  
portune, quod transactis iam meis partibus ad Antoniu  
audiendum uenistis. dix.

¶ PROXIME, Propius.

**P**roxime, cum præpositio est, accusatiuo iuncta quandoq; reperitur: quæ & ipsa sermoni Latino nõ paruam affert elegantiam. Idem fit de comparatiuo Propius.

Varro de re rustica: Villici proxime ianuam Cellam esse oportet.

Cicero Metello Celeri: Tu ipse uelim iudices, satisne uideatur ijs omnibus rebus tuus aduentus, cum proxime Romam uenisti, mutuo respondisse.

Idem Attico: Officium meum esse putauì quàm proxime hostem esse.

Idem in Anto. Operam det, ut cum suis copijs quàm proxime Italiam sit.

Cassius Ciceroni: Sunt tibi M. Tulli liberi, propinquiq; digni quidem

gni qđ te, & merito tibi charissimi esse etiã debent in Re-  
pub. proxime hos chari, qui studiorum tuorũ sunt æmuli.  
Vitruuius: Quod non proxime calcem mali, quod est loco  
centri, sed in summo longius, & ab eo progressa recipiunt  
in se uela uentum.

Cæsar in cõmentarijs: Quod propius Romanos accessisset.

Hircius in cõmentarijs: Cum propius hostem accessisset.

T. Liuius ab urbe condita: Vt propius urbem Romam ex-  
ercitum admoueret.

Ibidem: Castra propius hostem mouit.

¶ PERVADERE.

**P**Ari candore, & propè dulcedine quadam & hic loquen-  
di modus confectus uidetur: cum peruadere incendium  
per fata, peruadere tempestas per uineta, peruadere furor  
irati, aut crudelis alicuius, per populos: ab illis Latinitatis  
conditoribus scriptum reperitur.

Cicero in Verrem: Quacunq; iter fecit, eiusmodi fuit, nõ ut le-  
gatus populi Romani, sed ut quædam calamitas perua-  
dere uideretur.

Ibidem: Quantũ incendiũ non solũ per agros, sed etiam per  
reliquas fortunas aratorum isto prætoris peruasit.

Ibidem: Te tanq; aliquam calamitosam tempestatem, pe-  
stemq; peruasisse demonstro.

Ibidem: Locus intra Oceanum iam nullus est, neq; tam lon-  
ginquus, neq; tam reconditus, quo non per hæc tempora no-  
strorum hominum libido peruasit.

Ibidem: Nec cum in Sicilia quidem fuit eodem interuallo  
pars eius belli in Italiam ulla peruasit.

Idem de



Idem de natura deorum: Contractiores habent introitus, ne quid in eas quod noceat possit peruadere.

Cicero pro lege Manilia: Erat etiã alia grauis, atq; uehemẽs opinio, quã per animos gentiũ barbararũ peruaserat.

Ibidem: Quo non illius dici fama peruaserit?

T. Li. ab urbe condita: Passim totam urbem peruadit.

Ibidem: Murmur à tribunali totam concionem peruasit.

Idem de bello Punico: Cum pauor ac trepidatio totam urbem peruasisset.

Idem ab urbe condita: Vt clamor urbem peruaderet gratulantium saluos rediisse.

Ibidem: Cum ea fama forũ, atq; urbem peruasisset.

Idem de bello Macedonico: Terror omnẽ oram maritimã peruasit.

Idem pro Publico Sylla: Quas oras maxime quasi morbus quidam illius furoris peruaserat.

¶ PRAETEREA. *bücen dat*

Hæc quoq; clausula Præterea, obseruatiõe præcipue digna uidetur: nam certo modo loquẽdi nõ post multa solum cõnumerata à perfectis illis autoribus ponitur, uerũ etiam post singularem aliquam uel personam, uel rem.

Cicero Seruio Sulp. A me uero ita diligitur, ut tibi uni concedam, præterea nemini.

Idem in Philippica prima: Nihil tum nisi quod erat notum omnibus in C. Cæsaris cõmentarijs reperiebatur, num qui exules restituti? unum aiebat, præterea neminem.

Ouidius de Ponto: In quibus excepto quod adhuc utcũq; ualemus, Nil me præterea quod iuuat inuenies.

Cicero

Cicero pro lege Manilia: Eundem hunc unum ab hostibus metui, præterea neminem.

¶ PRAESCRIBO .

**P**raescribere, quod uerbum iuris periti nonnulli pro certo temporis spatio capiunt: quod ubi præterijt res de qua controuersia sit, ultra agi non potest. Id tamen significatū & si celebre apud eos est, Latinum tamen non esse constat. Praescribere enim (ut infra patebit) est id quod statuere, cōstituire, præcipere. *voz betimmen.*

Terētius in Andria: Tu te ijs rebus finē præscripsisti pater.

Cicero Torquato: Simus igitur ea mente, quam ratio & ueritas præscribit.

Idē Attico: Sed nihil præscribo, accurrate uelim præscribas tuam ad me sententiam.

Eidem: Veni igitur, & age de pace: meo ne inquā arbitratus aut tibi inquit ego præscribam?

Idem pro L. Flacco: Plura etiam effundet, quàm tu ei domi ante præscriperis.

Idem in Vatiniū testem: At tibi iam inde præscribo, ne tuas fordes cū darissimorū uirorum splendore permisceas.

Idem de finibus bonorum & malorum: Omnis autem in quærendo, quæ uia quadam, & ratioe habetur oratio præscribere primum debet, ut quibusdam in formulis ea res agatur.

Idem pro Tito Annio Milone: Sin hoc & ratio doctis, & necessitas barbaris, & mos gentibus feris natura ipsa præscripsit.

Idem pro Aulo Cecinna: Vestra autoritate hoc cōstituetur,  
hoc



hoc præscribitur.

Idem in Tusculanis: Etsi iniquū est præscribere mihi te, quē admodum à me disputari uelis.

Idem pro lege Manilia: Facile intellexi quirites, & quid de me iudicaretis, & quid alijs præscriberetis.

Idem de officijs: Si hoc natura præscribit.

Cæsar in commen. Nō ad alienum præscriptum, sed ad suū arbitrium imperare.

Ibidem: Si ipse populo Ro. non præscriberet, quemadmodum iure suo uteretur.

Horatius in sermonibus: Quid faciam præscribe.

Afconius Pedianus: Non dixit à sua uoluntate, ne præscribat iudicibus sequendos esse Siculos.

Cicero pro Gn. Planco. L. uero Apuleius hunc tanti facit, ut morem illum maiorū qui præscribit, in parentū loco quaestoribus prætores esse oportere.

Idem pro Lucio Flacco: Cui si patrem cōseruatis, qualis ipse debeat esse ciuis præscribetis.

Idem pro Publio Sextio: Sed etiam memoria digna uti R. P. capeffendæ autoritatem disciplinamq; præscribere.

Idem in Catilinam: Et à L. Cassio esse præscriptum.

¶ PRAEIRE uerba, præire uerbis, uel uoce.

**P** Præire uerba, dicebant illi ueræ Latinitatis principes, cū carmen aliquod canendum anteq; uel fœdus feriretur, aut execratio piaculi gratia per pontificem, uel sacrificulum aut aliū magistratū fieret, magistratus primo p̄nunciabat.

Vnde præire uerba, hoc est inire uerba, uel præuenire dicebatur. Præire uerbis, & præire uoce simpliciter erat uerbis,

**Q** aut uoce

aut uoce præfari, ut clarius ex inferioribus patebit.

T. Lilius ab urbe condita: Pontificè præire iussit uerba, quibus se, legionesq; hostium deuoueret.

Ibidem: Coactus Pontifex Maximus uerba præire.

Ibidem: Agedum Pontifex præi uerba, quibus me pro legionibus deuoueam.

Ibidem: Obsecratio itaq; à populo diuuiris præcuntibus facta.

Ibidem: Dictator, præeunte Aulo Cornelio Pontifice Maximo, ludos magnos, tumultus causa uouit.

Ibidem: Sunt qui M. Fabio pontifice maximo præfante, carmen deuouisse eos se pro patria, Quiritibusq; Romanis tradant.

Idem de bello Macedonico: Præcuntibus execrabile carmè sacerdotibus.

Ibidem: Id uotum in hæc uerba præeunte P. Licinio pontifice maximo, Consul nuncupauit.

Plautus in Rudente: Præi uerbis quod uis.

Cicero pro Tito Annio Milone: Qui hesternæ etiam cōcione incitati sunt, ut uobis uoce præirent.

¶ PRODERE memoriæ.

**P**rodere memoriæ, modus est loquēdi, significans quod uulgo manifestare pro memoria seruāda, & alijs ineptis modis dicitur: *ap̄bare om̄e togedim̄ten*

Cicero pro lege Manilia: Quod iam rationibus exteris incredibile, ac falso memoriæ proditum uidebatur.

Idem pro Milone: Itaq; hoc iudices non sine causa fictis fabulis, doctissimi homines memoriæ prodiderunt.

Planum.



¶ PLĀNVUM facere. *explanare*

**P**lanum facere, modus hic loquendi planus per se satis est: id significat quod declarare, & rem difficilem, aut dubiā solvere, & ante oculos uerbis explanare, & patefacere. Translatio enim à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit.

Cicero in arte Rhetorica: Si quis cum Horestem accuset, planum faciat ab eo matrem esse occisam.

Ibidem: Illud docuimus, hoc planum fecimus.

Ibidem: Quid nam amplius iudices desyderatis, cum uobis hoc & hoc planum factum sit?

Idem in Verrem: Hoc planum factum est.

Ibidem: Tabulis uobis, & testibus iudices planum faciam.

Ibidem: Cum præsertim planum facere multis testibus possum.

Ibidem: Vobis planum faciemus.

Ibidem: Cum planum fieret Decumis contra instituta legis, consuetudinēq; omnium.

Idem pro Rabirio Posthumo: In illo primo iudicio planū factum sit.

Idem pro Roscio Amerino: Quid si tandem planum facio?

Ibidem: Tamen cum planum iudicibus esset factum.

Ibidem: Quod ei planum facere possum.

Ibidem: Hic nisi planum facit sextertia. liij. ad libellam sibi deberi causam perdit.

Ibidem: Quod planum facere non modo nō possis, uerum ne coneris quidem.

Cicero pro Cluentio: Multorum testimonijs planum factū est.

Q 2 Ibidem:

Ibidem: Quod planum fecerint illam ob rem iudicādam pecuniam accepisse.

Ibidem: Quorum testimonijs planum factum est.

Idem pro P. Quintio: Ut hoc tibi planum sit faciendum.

Ibidem: Id testibus pollicitus sum planum me facturum.

Idem pro Aulo Cecinna: Si planum facit.

¶ PRIMORIBVS labris, primoribus digitis attingere.

Adagia

¶ Primoribus labris, primoribus digitis attingere, sumere: Hoc modo loquendi id significatur, quod parum attingere, parū eam rem de qua dicitur intelligere: Nam trāslatio est à prægustantibus cibum aliquem, uel potum.

Cicero in Oratore: Quæ isti Rhetores ne primoribus quidē labris attigissent.

Plautus in Trinummio: Atq; etiam modo uersabatur mihi in labris primoribus.

Idem in Bacchidibus: Si hoc tu digitulis duobus sumebas primoribus.

¶ PRO se quisq;, Vterq;.

¶ Considerandus & hic perelegans dicēdi modus, Pro se quisq;, dum quandoq; pluribus, quandoq; singulis attribuitur: ut pro se quisq; diligenter curant, & pro se quisq; diligenter curat: hoc est, Quisq; pro uirili curam gerit. Idē fit de Vterq;

T. Liuius ab urbe condita: Vterq; transfixus duabus hærentes hastis moribundi ex equis lapsi sunt.

Horatius: Missi magnis de rebus uterq;.

Cicero in Verrem: Tum pro se quisq; quantum dicendo alferqui poterat, docere me cœpit.

Titus



Titus Liuius ab urbe condita: Pro se quisq; scelus regum, ac uim queruntur.

Ibidem: Pro se quisq; minaciter fremunt.

Ibidem: Pro se quisq; in urbem ex agris demigrant.

Ibidem: Suas quisq; abirent domos.

Ibidem: Ad se quisq; omnia trahant.

Ibidem: In suas quisq; proficiscuntur prouincias.

Ibidem: Ex grauitate loci in suas quisq; propinquas urbes dilapsi sunt.

Ibidem: Pro se quisq; nomina dabant.

Ibidem: Pro se quisq; iam nec consiliū sibi suppetere diceret.

Idem de bello Macedonico: Pro se quisq; armis abiectis dif fugiunt.

¶ PEDIBVS ire, pedibus consequi, *to voete erlangen*

Ad pedes desilire. *to voete afflygen*

**P**edibus ire, pedibus consequi: Primo modo significatur id, quod ineruditi pedester dicunt: Secundus facilitatē agendi quandam demonstrat, cum uel pedibus rem transigere quis ostenditur. Ad pedes desilire, hoc est quod de quo descendere: Modus dicendi ferè uulgaris sermoni proximus.

Plautus in Stico: Quadrigas qui uehat, nam pedibus ire nō queo.

Cicero Fabio Gallo: Sed tu pedibus es consecutus.

Idem in Vatinium testem: Cum illud iter Hispaniense pedibus ferè confici solet, aut si quis nauigare uelit, certa sit ratio nauigandi.

Cæsar in commētarijs: Vno omnino loco flumen pedibus,

Q 3 atq;

atq; ægre transiri potest.

Ibidem: Tarracone discedit, pedibusq; Narbonam, atq; inde Massiliam peruenit.

Ibidem: Cōsuetudine sua ad pedes defilierūt: suffossisq; equis cōpluribusq; nostris uictis, reliquos in fugam cōiecerunt.

Stipendia  
pedibus fa  
cere.

Titus Lilius ab urbe condita: Qui tum stipendia pedibus propter paupertatem fecisset. *solt vdegnen to voute*

Idem de bello Punico: Per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam traiecit.

Pedibus  
merere.

Pedibus  
ingredi.

Ibidem: Consultum ut ij omnes pedibus mererent.

Idem de bello Macedonico: Qui proximis littori uadis inducti mare pedibus ingrediuntur.

Ibidem: Cum uident illas uehi per urbem, se pedibus sequi.

¶ PARTICIPIA nomina effecta.

**E**st hic quoq; dicendi modus apud disertos illos uiros maximo in precio, quo nomina participia genitiuo iungebant.

Fugitans  
litium.

Cupiens  
tui.

Sui nego-  
ci bene ge-  
rens.

Terentius in Phormione: Herus liberalis fugitans litium.

Idem in Ecyra: Nemo ad te uenit, nisi cupiens tui.

Cicero pro P. Quintio: Eques Romanus locuples, sui negocij bene gerens.

Inuictus  
cōtumeliæ

Insolens  
infamiæ.

Legū me-  
tuens.

Idem Attico: Timeo tam uehemens uir, tamq; acer in foro, & tam inuictus contumeliæ, ne omni animi impetu dolori & inuidiæ pareat.

Ibidem: Itaq; ille noster amicus insolens infamiæ, semper in laude uersatus.

Idem in Oratione post reditum, qua gratias agit: Consules modesti, legum metuentes.

Cæsar



Cæsar in cōmentarijs: Nemo erat adeo timidus, aut fugiens laboris. Fugiens la-  
boris,

Ibidem: A multitudine oppressus, ac sui desperans.

Vergilius: Observantissimus æqui. Sui despe-  
rans,

Idem in Bucolicis: Lactis abundans.

Idem in Geor. Experire colendo, Et facilem pecori, & pa-  
tiētem uomeris unci.

Horatius in sermonibus: Cōtētus paruo, metuēsq; futuri.

Salustius in Catilina: Animus insolens malarū artium.

Idem: Alieni appetens, sui profusus.

Sui profu-  
sus.

Idem in Iugurtino: Manu promptus, appetens gloriæ.

Ibidem: Quod locorum scientes erant.

Ibidem: Et ob ea scientes belli.

Idem in Catilina: Laboris, ac belli patientes.

¶ PEIUS odisse, peius timere.

**P**EIUS odisse, peius timere, & similia, Modi loquēdi illius:  
temporis elegantissimi.

Plau. in Milite: Neq; quenq; peius odisse, q̄ istū militem.

Ci. Caio Mario: Oderā multo pei<sup>9</sup> hūc, q̄ illū ip̄m Clodiū.

Idem in Antonium: Cū hoc ueteranus Capho, quo nemi-  
nem ueterani peius oderunt.

Brutus Ciceroni: Neq; unq; exul esse possum, dum seruire,  
& pati cōtumelias peius odero malis omnibus alijs.

Horatius in Epi. Cane peius, & angue, Vitabit chlamydē.

Idem: Peiusq; leto flagitium timet.

Plautus in Mostellaria: Pulchrum ornatum, turpes mores  
peius cœno collinūt.

Quidius de arte: Limina Gorgoneo sæuius angue micant.

Paganus.

¶ Paganus. Miles.

**P**aganus ille erat, qui militiæ cupiēs erat, & illi cingi, seu affcribi uolebat: Eo enim interuallo, quo id quærebat, & ad militiam aspirare tentabat, Paganus: mox militiam adeptus, Miles dicebatur. Vnde Perlius uolens ostendere se nondum Poëtam esse, dixit:

Nec fonte labra prolui caballino,

Nec in bicipiti somniasse Parnaso

Memini, repente ut sic poëta prodirem.

Sed arrogantiam uitans, subdit per translationem: Ipse Semipaganus ad sacra Vatum carmen affero nostrum. Sed autoritates quod diximus, melius ostendent.

Marcellus de pœnis, lege: Quædam delicta pagano aut nullam, aut leuiorem pœnam irrogant: Militi uero grauiorē, uel leuiorem.

Triphonius de peculio Castrensi, lege, Hæreditate: Filiusfamilias Paganus de Castreñ. Peculio fecit testamentum.

Martianus de Militari testamento, lege, Tractabatur: Tractabant an tale aliquid, & in Paganorum testamentis indulgendum esset: & placet non sine distinctione id fieri.

Vulpianus de Militari testamento, lege, Idemq: Vt est rescriptum à diuo Pio, in eo qui cum esset paganus fecit testamentum, mox militare cœpit.

Paulus de liberis & posthumis, lege: Filiusfamilias: Miles similiter ut paganus nominatim à patre, aut hæres scribi, aut exhæredari debet.

Scæuola ad legē falcidiam, lege: Miles si dum paganus erat, fecerit testamentum, militiæ tempore codicillos, lex falcidia in



dia in codicillis locum non habet, in testamento locū habebit.

¶ PUNCTVM, Momentum :

**P**unctum temporis, punctum horæ, Momētum horæ, momentū temporis, & simpliciter momentum pro exiguo spacio ponitur: Dicendi ij modi à situ reuocandi sunt. Varro de lingua Latina: Quod animus ita est, ut puncto temporis peruolet quò uult.

Cicero de natura deorū: Vel innumerabiles potius in omni puncto temporis alios nasci, alios interire.

Ibidem: Consules summum Imperium statim deponere, q̄ id tenere punctum temporis.

Idem in Verrem: Cum iste punctum temporis nullum uacuum peccato præterire passus sit.

Idē p̄ domo sua: Habitare late & magnifice uoluit, duasq; magnas, ac nobiles domos coniungere eodem puncto temporis.

Idem in Philippica secūda: Hunc unum inquam hodiernū diem, hoc punctū temporis quo loquor, defende si potes.

Idem in Vatinium testem: Exclusus miser pūcto temporis.

Idem pro Cluentio: Neq; postea Larini punctum est temporis cōmoratus.

Idem in Tusculanis: Totūq; leue est, quodcūq; est: fit em̄ ad punctum temporis.

Idem de legibus: Quæ uno uersiculo Senatus puncto temporis sublatae sunt.

Idem in Catilinam: Puncto temporis frui uita, & communi spiritu non putat oportere.

R Caesar

Cæsar in cōmentarijs: Ita multorum mensium labor hostiū  
perfidia, & ui tempestatis puncto temporis interit.

Horatius: Tanq̃ Sit propriū quicq̃ puncto quod mobilis  
horæ. Nūc prece, nūc precio, nūc ui, nūc morte suprema,  
Permutet dominos, & cedat in altera iura.

Idem: Quid enim concurritur horæ momento?

Hircius in cōmen. Ita puncto temporis omnibus Legiona-  
rijs ab hostium equitatu circūuentis.

Ibidē: Atq; uno puncto temporis hostibus nullo negotio  
campo pulsis.

T. Liuius ab urbe condita: Puncto sæpe tēporis maximarū  
rerum momenta uerti.

Ibidem: Momēto temporis in aduersam incurfando aciem.

Ibidem: Momento fusi.

Ibidem: Vt signum momento temporis acciperent.

Ibidem: Momento arx occupata est.

Ibidem: Momento horæ arfura omnia.

Ibidem: Illo momento horæ.

Ibidem: Momento temporis.

Ibidem: Horæ momento.

Ibidem: Momento unius horæ.

Idem de bello Macedonico: Versa momento temporis for-  
tuna pugnae est.

Ibidem: Momento enim ad inanem locū peruenerunt.

¶ Sed uidere licet momentū in alio significato, iuxta mo-  
dū, quo multi dicūt, res parui momenti, magni momēti.

Titus Liuius ab urbe condita: Rege superato, nullum mo-  
mentum in solis per se Gallorum copijs fore.

Primæ



¶ PRIMAE, primas ferre, deferre, tenere: *subintellige partes*

**P**rimas ferre, primas deferre, primas tenere, ueteres dicebant: subintelliguntur tamen partes. Sed is loquendi modus erat, qui postea non solum omissus, uerum etiã unã cum alijs bonis propè ignoratus est.

Cicero in Bruto: Cotta & Sulpitius cum uero iudicio, tum omnium facile primas tulerunt.

Idem in Oratore: Cui primæ sine controuersia deferebantur.

Idem Attico: Amoris uero erga me cum à fraterno amore, domesticòq; discessi, tibi primas defero.

Idem de natura deorum: Ad quem tum Epicuri primas ex uestris hominibus deferebant.

Idem in Bruto: Etsi utriq; primas, priores tamẽ deferunt Lælio:

Idem in Oratore: Nã quis unq; dubitauit, quin in Repub. nostra primas eloquentia tenuerit semper urbanis, pacatisq; rebus: secundas iuris scientia.

¶ Sed hoc quoq; obseruandum est, ut cum primas deferre *den vordespl geben* dicebant, significabant primas partes alicui concedere: Cũ uero ferre primas ponebant, id significabatur, quod illum *den vordespl geben* primas secum portare.

Horatius eo modo loquendi, eodẽq; significato quo ad uerbum Fero dixit:

Omne tulit punctũ qui miscuit utile dulci.

¶ PROFITERI.

**P**rofiteri, occultiore dicendi modo apud antiquos id significat, quod uulgo dicunt, assignare quantum numerum uini, olei, frumenti, iugerum, pecuniæ, uel aliarum rerum quilibet habeat.

R 2 Cicero

Cicero pro lege Agraria: Imposterum uero lex hæc Imperatoribus nostris constituatur, ut quicumq; de prouincia decesserit, apud eosdem decem uiros quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarij profiteatur.

Idem in Verrem: Edixerat ut aratores iugera sationum suarum profiterentur.

Ibidem: Non quo iugerum numerū uere profiteri esset difficile, aut amplius etiam profiteri, sed quod ex edicto professus non esset.

Ibidem: Fecit ut Decumanus Nymphonem uocaret ex edicto illo præclaro, quod nullam ad aliam rem, nisi ad huiusmodi quæstus pertinebat, numerum iugerum professum non esse. & subdit:

Verres in Xenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerum professione.

Idem Tironi: Tu uero confice professionē si potes: & si hæc pecunia ex eo genere est, ut professione non egeat.

Idem in Verrem: Si pateret iugera eiusmodi fundi esse plura, quæ Colonus esset professus.

Salustius in Catilina: Post paulo Catilina pecuniarum repetundarum reus prohibitus erat consulatum petere, quia intra legitimos dies profiteri nequiuerat.

Vulpianus de Censibus, lege, Forma: Si uero quis agrum in alia ciuitate habet, in ea ciuitate profiteri debet, in qua ager est.

Idem, ubi Pupillus, lege, Ius alimentorum: Prius tamen exigere debet, ut profiteatur autor, quæ sit penes se summa, & cominari grauiores se ei usuras infligi eius quod supra professionem



professionem apud eum fuerit comprehensum.

Titus Liuius ab urbe condita: Profiteri cogendo frumentum, & uendere quod usu menstruo superesset.

Ibidem: Primo expectauerant, ut qui se dignos tanto Imperio crederent, nomina profiterentur.

Idem de bello Macedonico: Vt qui focij ciuibus Romanis credidissent, pecunias profiterentur.

Ibidem: Postq̄ professionibus detecta est magnitudo æris alieni.

¶ **P**ERSCRIBERE, perscriptiones, percriptor.

**P**er scribere reconditū habet sensum certo modo loquendi, qui à paucis obseruatus est: in bonis autoribus elegantissime positus, id significat, quod in rationibus, aut in tabulis accepti & expensi scripto aliquid notare. unde quæ ita notabantur, Perscriptiones dictæ sunt: qui uero ea notabat, Percriptor.

*optickone*

Cicero pro Roscio Comedo: Ego ne hanc manum plenam perfidiæ, & hos digitos meos impellere potui, ut falsum per scriberem nomen?

Ibidem: Aequæ enim tabulæ condemnantur eius qui uerū non retulit, & eius qui falsum per scripsit.

Ibidem: Suum codicem testis loco recitare arrogantia est, suarum perscriptionum & liturarū aduersaria proferre nō amentia est?

Idem in Philippica v. Illa uero dissipatio pecuniæ publicæ ferenda nullo modo est, per quam septies millies falsis per scriptionibus donationibusq̄ uertit.

Idem in Verrem: Scribam tuum dicit Verres huius per scri-

R ; ptorem

ptorem scenerationis fuisse.

¶ QUID illi fiet &c.

**Q**uid illi fiet? quid illi faciam? quid illi factum est? Modi sunt loquendi elegantissimi, & à paucis obseruati. Id enim significant quod nonnulli aliquid admirantes uel accepta aliqua calamitate, aut iactura inepte dicunt, Quid de illo fiet? quid de illo faciam? quid de illo factum est?

Plautus in Mercatore: Sed quid illi nunc fiet?

Idem in Mostellaria: Quid mihi fiet tertio, qui solus facio facinora immortalia?

Idem in Bacchidibus: Quid mihi fiet postea?

Cicero Trebatio: Quid porrò fiet populo Vlubrano?

Idem Terentia: Et si nos premet eadem fortuna, quid puero misero fiet?

Idem Attico: Sed quid ijs fiet, si huc Paulus uenerit?

Eidem: Quid illi fiet quem reliquero?

Idem in Rullum: Quaero si qui uolunt uendere non fuerint, quid pecuniæ fiet?

Idem in Verrem: Occurrebat illi ratio, quid Cleomeni fiet?

Idem in Acade. quaestio, Si comprehensio, perceptioq; nulla sit, quid fiet artibus?

Tibullus: Castra macer sequitur, tenero quid fiet amori?

Ouidi<sup>9</sup> de arte amandi: Perfidus ille absens, qd mihi fiet ait?

Quid mihi fiet ait? sonuerunt cimbala toto Littore.

Plautus in Mercatore: Nescit quid faciat auro?

Terentius in Ecyra: Sed quid faciemus puero?

Cicero in Academicis quaestionibus: Quid em̄ faceret huic conclusioni? Si lucet, lucet igitur, lucet autem.

Ib. dem



Ibidem: Diodoro quid faciã Stoico, quem à puero audiui?

Idem de natura deorum: Quid Ioui facies? quid Vulcano?

Ibidem: Species arcus Taumante dicitur nata, cuius si diuina natura est, quid facies nubibus?

Cato de re rustica sine interrogatione posuit: sed ferè idè est modus loquēdi: Si ante inquit nō deportauerit dominus, uino quod uolet faciet.

Plautus in Casina: Tuo quid factum est Pallio?

¶ Quid faceret aliud.

¶ Quid faceret aliud? Modus est dicēdi, quo inepte dicūt, quod poterat aliud facere?

Cicero De oratore: Valerius quotidie cantabat, erat em̄ Scenicus, quid faceret aliud?

¶ QVOTVS.

Licet super relatiuo Quotus, multi uaria senserint: quo tamen apertius uis uerbi intelligatur, uolui pro more q̄ plurimas autoritates cōgerere. Videt̄ em̄ mihi quot⁹ quādoq; simpliciter interrogare, & numerum petere: ut quota hora est? Dic quotus esse uelis? Quotus erit iste denarius? Et quādoq; sine interrogatiōe: ut Quota pars ex eo deducet̄, ea pars tibi sit pfutura. Quādoq; quota pars significat minimā partē: ut Pars quota laudis erat, quota portio fecis Achiuæ. Quādoq; Quotus iungit̄ cū quisq;, & tū etiam in terrogat: ut quotusquisq; bonus est? Quotusquisq; est qui teneat artem numerorū? quasi dicat, nullus, aut rarus. Infra scriptæ autoritates planè omnia demonstrabunt.

Cice. in Verrē: Quotus erit iste denarius, q̄ nō sit deferendus?

Horatius: Hora quota est?

Idem:

*Quotusq;? vorr̄ mēnich?*

Idem: Tu quotus esse uelis, rescribe.

Idem: Scire uelim Cartis precium quotus arroget annus.

Caius de interrogatorijs actionibus, lege: Qui interrogatur an hæres sit: uel quota ex parte sit?

Idem eodē titulo, lege: Si defensor in iudicio interrogatus, an is quem defendit hæres: uel quota ex parte sit?

Paulus ad legem falcidiam, lege, Plautius: Rationē legis falcidiæ habendam, & quota pars ex eo decederet, eam partē in fundo legato inutilem futuram.

Ouidius de Ponto: Qui quota terroris pars solet esse mei.

Idem ad Corinnā: Ex tot in Atridis pars quota laudis erat.

¶ Quotusquisq; *wo mēnichter*

¶ Varro de lingua Latina: Quotusquisq; iam seruus habet priscis nominibus, quæ mulier suum instrumētum uestis, atq; auri ueteribus uocabulis non inductis?

Cicero de finibus: Quis est enim, aut quotusquisq; cui mors cum appropinquet, non refugiat timido sanguis, atq; exalbescat metu?

Idem de Tusc. Quotus enim quisq; philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus?

Idem de diuinatione: Quota enim quæq; res euenit prædicta ab istis?

Idem De oratore: Quotus enim quisq; est, qui teneat artem numerorum, atq; modorum?

Idē pro L. Flacco: Quotus em̄ quisq; est, qui hanc in Remp. sectam sequatur?

Idem pro M. Cælio: Quotusquisq; istam effugere potest?

Idem pro P. Sextio: Quotusq; inueniet tāta uirtute uir?

Quatenus,



¶ QUATENVS, Hactenus, Eatenus.

war tho  
her tho  
dar the  
— wo ver — wo nac.

**Q**uatenus particula, licet nonnulli discrimen faciant cū per è, & cum per i scribitur: ita tamen scriptione cōfusa est, ut internosci non facile sit. Eius tamē significatum, & dicendi modū, quo celebrata reperitur, subdere non omitam. Est enim meo iudicio quod Vsq; ad quem finem, uel terminum. Interdum significat Quantum.

Cicero in Oratore: Itaq; soli ij, qui sciunt quid, & quatenus, & quomodo dicturi sunt.

Ibidem: Sed quærimus idem, quod in cæteris rebus maxime quærendum est quatenus. *wo ver*

Ibidem: In omnibus rebus uidendum est quatenus: Et si em̄ suus cuiq; modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. *wo ver*

Idem in Oratore lib. ij. Quatenus hæc sunt ridicula tractanda Oratori perq; diligenter uidendum est.

Idem in Tuscula. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus esset quodq; curandum.

Idem in Anto. Quibus auspicijs istos fasces augur acciperẽ? quatenus haberem? cui traderem?

Idem in Acade. Rerum natura nullam nobis dedit cognitionem finium, ut ulla in re statuere possimus quatenus. *wo ver*

Idem de officijs: Animaduertendum est etiam, quatenus sermo delectationem habeat: & ut incipiendi ratio fuerit, ita sit desinendi modus.

Ibidem: Vulgus quid absit à perfecto, serè non ex toto intelligit: quatenus autē intelligit, nihil putat prætermissum.

Ibidem: Sed aliter leges, aliter Philosophi tollunt astutias:

S Leges

Leges quatenus manutenerē res possint: Philosophi quatenus ratione & intelligentia.

Idem de amicitia: Quāmobrem id primū uideamus, si placeat, quatenus amor in amicitia progredi debeat.

Ibidem: Est enim quatenus amicitiae dari uenia possit.

Idem P. Lentulo: Postulatum est, ut Bibuli sententia diuideretur, quatenus de religione dicebat.

Horatiū: Iubeas miserum esse libenter, quatenus id facit.

Vulpianus de magistratibus, lege, In ordinem: Videamus an & quatenus teneatur, & subdit: An & quatenus in patrem eius actio danda sit quaeritur.

Vitruuius: In nauibus remi cum sint in aqua directi, tamen oculis infracti uidentur: & quatenus eorum partes tangunt summā planiciem liquoris, apparent uti sunt, directi.

Titus Liuius ab urbe condita: Italiae nisi quatenus uallum castrorum cingit, nihil relinqueretis Pœno.

Ibidem: Ut quatenus tuto possent, Italiam spectatum irent.

¶ Haec particula post se, ut, plerūq; apud bonos autores trahit. *so ver, dat.*

Idem de diuinatione: Etsi uideo eò tum Stoicum esse conatum, qui haecenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret: quæ mari, cælo ue fierēt: Illa uero cur euenerint, quis probabiliter dixerit?

Celsus de usufructu, lege: Haecenus tamen ut facta tecta habeat, si qua tamē uetustate corruerint, neutrum cogi reficere.

¶ Eatenus quandoq; post se, ut, quandoq; quoad, quandoq; haecenus, trahit: significat enim tādū, uel usq; ad id. *solange tho*

Cicero



Cicero de optimo genere oratorum: Verba prosequens eatenus, ut non abhorreant à more nostro.

Idem ad Q. fratrem: Quorū si quis forte esset sordidior, ferres eatenus quoad per se negligeret eas leges, quibus est astrictus: non ut ea potestate, quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum uterentur.

Idem in Academicis: Sed hoc ciuile quod uocant eatenus quoad populo præstare uoluerunt.

¶ Quādoq; Eatenus quatenus, & haætenus quatenus dicitur.

Caius de institutoria actione: Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus est.

Vulpianus, de in rem uerso, lege, Si pro patre: Si domini debitor sit seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit, haætenus non uertit, quatenus domino debet.

¶ QVOD sine molestia tua fiat, Quod sine incommodo tuo fiat, Quod sciam, Quod pace tua fiat, Quod inter uos liceat dicere.

¶ Quod sine molestia tua fiat, quod sine incōmodo tuo fiat, quod sciam, quod pace tua fiat, quod inter nos liceat dicere, & huiusmodi loquēdi modi orationē Latinam candidam & luculentam efficiunt. Quos modos qui obseruare, & in scriptis usurpare neglexerunt, non iniuria illiterati, ac propè infantes iudicantur,

Plautus in Menechmis: Nō Edepol ego te (quod sciam) unquē ante hunc diem uidi.

Ibidem: Dic mihi tu, unquē tibi intestina tibi crepant, quod sentias?

Terentius in Eunuchō: Pace quod fiat tua.

S 2 Idem

Idem in Adelphis: Non equidem instas, quod sciam.

Cicero Seruio Sulpitio: Quare pergratum mihi feceris, si eū in amicitiam tuam receperis: atq; eum (quod absq; molestia fiat) si qua in re opus ei fuerit, iuueris.

Eidem: Quare uelim, quicquid habent negocij, des operam, quod cōmodo tuo fiat, ut te obtinente Achaiam cōficiant.

Idem Terētia: Tu uelim (quod cū cōmodo ualetudinis tuæ fiat) q̄ longissime poteris, obuiam nobis properes.

Idem Attico: Et uelim cures epistolam, quam ad eū misi redendam, & ipse (quod cōmodo tuo fiat) colloquere.

Eidem: Serapionis librum ad me misisti, ex quo quidē ego (quod inter nos liceat dicere) millesimam partem uix intelligo.

Idem Lentulo: Decernit ut regem deducas, quod commode rem facere possis.

Varro de re rustica: Neque explicata tota separatim (quod sciam) ab ullo.

¶ *no vyl recte dno*  
 QVAMPRIDEM? QUAMDUDUM?

Nemo (nisi fallor) nemo (inquā) modum eum plene, aut recte obseruat, quo admirandī illi ueteres utebantur, rogandi scilicet Quāpridem? quāmdudum uenit ille? Quē loquendi modum latinissimum pleriq; ignorātes, Quā diu est quod uenit, aut quādiu est ex quo uenit, uel quantū tempus est, ineptissime dicunt.

Plautus in Stico: Quāpridē non edisti?

Terentius in Eunuchō: Quærit quāpridē pater mihi, & mater mortuī essent? dico, iam diu.

Cicero pro Rabirio perduellionē: Quæro quāpridem hoc nomen.



nomen Fanni in aduersaria retulisti?

¶ Quādudum. *no vijl ecc tydes*

Plautus in Stico: Quādudum in portum huc uenit? Respōdetur, longissime.

Idem in Trinūmo: Quādudum istuc, aut ubi actum est?

Idem in Asinaria: Quāmdudum tu aduenisti?

Idem in Mercatore: Quādudū dixeras te odisse æque atq; angues?

Terentius in Eunuchō: Venit quāmdudū? Respondetur, modo.

¶ Quàm mox. *no drade*

Plautus in Stico: Quā mox cocta est cœna? impransus ego sum.

Idem in Mostellaria: Quid nunc? quàm mox? & hic interrogantis est.

Idem in Asinaria: Quàm mox mihi operam das?

¶ Quandoq; cum non interrogat, significat id quod q̄ cito aut statim: ut Quam mox erit cocta cœna, id est cito uel statim erit cocta cœna. *ser drade*

Idem in Bacchidibus: Quàm mox nauigo in Ephesum, ut aurum repetam à Theotimo domum, taces?

Ibidem: Quam mox dico dabo.

Terentius in Adelphis: Hera ego hinc ad hos puifam q̄ mox uirginem accersant.

Cicero pro Roscio Comedo: Expecto quā mox Cherea hac oratione utatur. Hoc loco multi inepte dicūt: Expecto quāto tempore, uel quādiu hac oratione utatur.

Titus Liuius ab urbe condita: Intenti q̄ mox signū dare.

S 3 Quid

¶ QUID quod.

**Q**uid quod cum simul iunguntur, mirificam Latinitati uenustatem pariunt: Modus enim est dicendi, cum quis interrogatur: uerbi gratia: Quid quod me etiã occidere uult? Multi inepte dicunt, quid tibi uidetur? uel quid dicis etiam me occidere uult? Sed subiectæ autoritates id melius ostendent.

Ci. in Academicis quæstionib<sup>9</sup>: Quid quod eadẽ illa ars quæ si Penelopes tela texens, tollit ad extremũ superiora?

Idem: de officijs: Quid quod Theseus exegit promissum à Neptuneo?

Idem de senectute: Quid quod sapiētissimus quisq; animo æquissimo moritur?

Idem pro lege Manilia: Quid quod salus sociorum summũ in periculum, ac discrimen uocatur?

Idem ad Põtifices: Quid quod in meo reditu spes ocij & cõcordiæ sita uidebatur?

Idem de natura deorum: Quid quod earum rerũ, quæ nunc quæ omnino fuerunt, neq; esse potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimeræ: quid quod hominum, locorũ, urbium earum quas nunc uidimus?

Quid quod simul ac mihi collibitum est, præsto est imago: quid quod etiam ad dormientem ueniunt inuocata?

Idẽ Attico: Quid quod senatus eos uoluit præesse puincijs?

Ibidem: Quid quod tecũ nunc essem sine cura?

Idem pro lege Manilia: Quid quod salus sociorũ summum in periculum ac discrimen uocatur?

Idem pro Cluentio: Quid quod Stalenus est condẽnatus?

Idem



Idem de diuinatiōe: Quid quæ à Physicis & Dialecticis tractantur?

Idem in Catilinā: Quid quod ab aduentu suo ista subsellia uacua facta sunt?

Idem in Anto. Quid quod cum collega tulit, quem ipse fecit sua nunciatiōe uitiosum?

Idem Q. Ciceroni fratri: Quid quod eodem tempore desiderio filiam?

Idem de oratore: Quid quod dixisti, inquit, Crasse, si hic hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum?

Horatius: Quid quod libelli Stoici inter sericos iacere puluili os amant?

Ouidius de Ponto: Quid quod ut emeritis referenda est gratia semper?

Idē in Epī. Quid quod auus nobis idē Pelopeius Atreus?

¶ QVÆE malum.

Sed quis sine piaculo prætereat enatum hunc quoq; in ipsa urbe Latinitatis parente & altrice, tam bellum dicendi modum? Cum enim quem arguere, aut castigare uolebāt, sic ponebāt: Quæ malū ista tua dicacitas est? Qui malū isti Atheniēses? Sed dari<sup>9</sup> infra, & pprie magis uidebit.

*Tibi, malū, credo iūctōs esse.*

Plautus in Menechmis: Quæ malum hæc impudentia est?

Ibidem: Egó ne te iussi coquere? Respondetur: Certo tibi & parasito tuo. Respondetur: Cui malum parasito?

Idem in Aulularia: Quid tu malum curas, utrum crudū, an ego coctum edam?

Idem in Mercatore: Qui malum ego nugor, si tibi quod me rogas, respondeo?

Idem

Idem in Bacchidibus: Qui malum facile?

Terentius in Eunucho: Qui malum alij?

Cicero in Verrem: Quæ malum est ista tua audacia, atque amentia?

Ibidem: Quæ malum ista fuit amentia?

Idem Attico: Qui malum isti Pedentisse?

Idem in Philippicis: Quæ malū ista uoluntaria seruitus est?

Ibidem: Quæ malum est ista ratio semper optimis causis ueteranorum nomen opponere?

Titus Liuius ab urbe condita: Quæ malum ratio expertis alia experiri?

¶ QVAMOBREM, Cur, quapropter, quare.

QVamobrem, cur, quapropter, quare, ijs aduerbijs quanta inest dicendi gratia? quanta uenustas? Eo modo loquendi quo perfecti illi ueteres usi sunt: post quos nemo ferè elegantiam illam, & purum dicèdi modum seruauit. Nā quis est, qui non ita post illos loquatur? Aliquam causam quæris, propter quam, aut ob quam me domo extrudas. Antiqui uero illi: Aliquam causam quæris, quàmobrè me domo extrudas, aut cur me domo extrudas, dicebāt. Et ubi dicitur à plerisq; ineptissime, Quid est quod me uidere nō potes? Antiqui dicebāt: Quid est quàmobrè me uidere nō potes? aut quid est cur me uidere non potes? uel quid est quare me uidere nō potes? Quod obseruandum maxime censeo: Quare pro more exempla aliqua subiecimus.

Terentius in Eunucho, Aliquam causam quærebat senex, quàmobrè infigne aliquid faceret.

Idem in eodem: Multæ sunt causæ quàmobrè cupio.

Idem in



Idem in Adelphis: Nihil reperio quàmobrē laudet tantope  
re Hegio meum officium.

Cicero Appio Pulchro: Multa mihi ueniebant in mentē, q̄  
obrem istum laborē tibi etiam honori putarem fore.

Idem pro Aulo Cæcinna: Deinde nihil rationis affers, q̄  
obrem, si libertas adimi nullo modo possit, ciuitas possit.

Idem pro M. Cælio: Quæ fuit enim causa, quàmobrem ue  
nenum isti mulieri uellet dare Cælius?

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Si uel minima pars repe  
rietur quàmobrem uideantur illi non nihil tamen in de  
ferendo nomine secuti.

Idem pro Silla: Quid enim est, quàmobrem abs te Quinte  
Hortensi factum darissimi, atq; ornatissimi uiri non repre  
hendatur, reprehendatur meum?

Idem pro Cornelio Balbo: Quid est quàmobrem cui Ga  
ditano in hanc ciuitatem uenire non liceat?

Idem pro Cluentio: Nihil excogitem, quàmobrem Oppia  
nico damnari necesse sit.

Ibidem: Quid est quàmobrem quisq; nostrum cēsorias sub  
scriptiones omnes fixas, & imperpetuum ratas putet esse  
oportere?

Idem in Verrem: Quæ mulier digna quàmobrem iste diu  
tius Lampsaci commoraretur?

Ibidem: Nulla res est quàmobrem ego istum nolim ex pa  
ternis probris, ac uicij emergere.

Ibidem: Neq; adhuc causam illam excogitare potui, quàm  
obrem commiserit.

Ibidem: Quid est quàmobrem putes te tuam culpam non  
T modo de

- modo deriuare in aliquē, sed cōmunicare cū aliquo posse.  
 Ibidē: Quid tandē habuit argumēti, aut rationis res, quā  
 obrem in eo potissimū Stenianum præmiū poneretur?  
 Ibidem: Multa signa dederat quāmobrem quibus responsu  
 rus non uideretur, mentio de lege nulla fiebat.  
 Ibidem: Quod si ab Apollonio aliquid cōmissum esset, q̄  
 obrem iure in eum animaduerneretur.  
 Idem de finibus bonorum & malorum: Satis argumēti esse  
 uidetur, quāmobrem illa quæ natura prima sunt ascita, na  
 tura prima diligamus.  
 Alphenus, locati & conducti, lege, Habitatores: Ea conditio  
 ne habitatorem esse, ut si quid aduersariū incidisset, quā  
 obrem dominū aliquid demoliri oporteret, aliquam par  
 tē paruulā incommodi sustineret.

¶ Cur.

- Cicero pro M. Cælio: An uobis aliam causam esse ullam pu  
 tatis, cur in tantis præmijs eloquētiæ, tanta uoluptate dicē  
 di, tanta laude, tanta gratia, tanto honore, tam sint pauci,  
 semperq̄ fuerint, qui in hoc labore uersentur?  
 Idem pro Cluentio: Quid est Q. Naso, cur tu in hoc loco se  
 xto sedeas?  
 Ibidem: Quæ causa Habito fuerit, cur interficere Oppiani  
 cum uellet?  
 Idem pro Sexto Roscio Amerino: Quod si tibi nulla causa  
 est, cur hunc miserum tanta calamitate affici uelis?  
 Idem Attico: Sed erant causæ, cur hoc tēpore istic esse nollē.  
 Idem pro Roscio Comedo: Non fuit causa, cur tantum la  
 borem caperes, & ad me uenires?

Alphenus.



Alphenus, locati & conducti, lege, Habitatores: Si iusta causa fuisset, cur periculum timeret?

Catullus: Nam quid feci ego, quid ue sum locutus,

Cur me tot male proderes poetis?

¶ Quapropter.

Plautus in Bacchidibus: Sed quid est quapropter nobis malum minitemini?

¶ Qua causa.

Plautus in Menechmis: Quid de te merui, qua me causa proderes?

Cicero pro lege Manilia: Satis mihi multa uerba fecisse uideor, quare hoc bellum esset genere ipso necessarium.

Asconius Pedianus, qui tamen sub Augusto Casare floruit, bonamque multa, atque elegantia scripsit, sicuti libello, siue potius fragmento, quod ante hos annos repertum est, colligi potest, multa fluit, ac scatet barbarie. Quam tamen barbariem, non ab illo certe, qui bono etiam tunc tempore eruditus est, prouenire puto: sed potius ab aliquo infulso, atque ineleganti Grammatico, qui interpretis uice functus, inepta multa conseruit, quae postea una cum bonis auctoris uerbis descripta sunt. Is inquam Asconius: Magnopere, inquit, me haesitare confiteor, quid sit quare Cicero Placentiam municipium esse dicat. Quid sit quare, dixit: quod eleganter posuit, & modo illorum ueterum usus est.

Gn. Pompeius L. Domitio: Miror quid causae fuerit, quare consilium mutaris.

**M**AXIME abstrusum haecenus (ut arbitror) quod significet

T 2      residere

residere

Terra dese  
dit.

residere, subsidere, desiderere. Quod cum ex multa uariacq le-  
ctione deprehēdissem, nihil aliud esse terram desiderere, nisi  
cum terra magnis himbribus, uel ignota alia causa hiatum  
faceret: ita ut terra deorsum descenderet, uel substraheret.

Quæ res melius ex subiectis autoritatibus colligetur.

Cicero de officijs: Hinc ille Giges inducitur à Platone, qui  
cum terra desedisset, magnis quibusdam himbribus in illū  
hiatum descendit.

Idem de diuinatione: Delata etiam ad senatum labes agri  
Priuernatis, cum ad infinitam altitudinē terra desedisset.

Ibidem: Vt multa oppida corruerint, multis locis labes fa-  
cta sit, terræq̃ desederint.

Terra con-  
fedit apud  
Liuu.

T. uero Liuius idem dixit de bello Macedonico: Terra inqt  
Velitris trium iugerum spacio cauerna ingenti desederat.

- » Non tamen dicendi modum seruauit, mutato ferè, & obso-
- » lescente iam bono dicendi modo, cum dixit ab urbe condi-
- » ta: Arpini terra campestri in agro in ingentem sinum con-
- » fedit. & ibidem:

In Veliterno agro terra ingentibus cauernis confedit, arbo-  
resq̃ in profundum hausta. Confedit igitur dixit pro de-  
fedit, cum cōsidere sit simul sedere.

Vergilius: Dicite quādoquidē molli confedimus herba.

Varro de re rustica: Quod inane natat, plenum desidert.

Ibidem: Vbi stramentū desedit in aperto loco palàm, à quo  
nominata potest esse palea.

Residere est paulatim deorsum inclinare. *modus factus non*

Plautus in Captiuis: Itaq̃ uenter, gutturq̃ resident.

Hora. Nostrisq̃ ductum seditionibus bellū resedit. *ptinus.*  
Idem:



Idem: Iam iam residunt cruribus asperæ pelles.

Ex Epistola Sabini pro Helena: Flamma recens parua sparsa refedit aqua.

¶ Subsidere est ferè idem quod residere: sed considerantibus aliquod discrimen omnino occurrit, quod melius uideatur, quàm demonstratur.

Vergilius in. v. Aeneidos: Subsident undæ, tumidumq; sub axe tonanti Sternitur æquor aquis.

Ouidius de Fastis: Quod simul emersum est fragor æthera: terruit ipsum: Ictaq; subsedit pondere molis humus.

Ibidem: Iam leuis obliqua subsedit aquarius urna.

Ibidem: Pondere terra suo subsedit, & æquora traxit.

Idem in Metamor. Iussit & extendi campos subsidere ualles:

Ibidem: Flumina subsidunt, collésq; exire uidentur:

Ibidem: Paulum subsedit, & infra quàm solet esse fuit.

Idem in Ibin: Sicut tua subsidens deuoret ossa cinis:

Idè ad Corinnã: At uos quã ueniet tumidi subsidite mōtes.

Paulus de dāno infecto, lege, Athenis: Si uicio loci pars aliqua loci subsedit.

T. Liuius ab urbe condita: Subsident Hispani aduersus emissam tela ab hoste, inde ad emittenda ipsi confurgunt.

Hircius in cōmentarijs: Aqua quæ paulatim spacio temporis liquefcit ac subsidet.

¶ Quisquã *ymant*

**Q**uisquã quãtũ distet ab aliquo, à quoq; , à quocũq; , à quolibet, à quopiam: ex ijs quæ infra adduxi melius cognoscat. Interrogat em ferè sp, & cũ indignatiõe requirit.

T 3 Cicero

Cicero pro Cluentio: Est <sup>ymant</sup> quisq̄ qui cum hoc cognouerit, suspicari possit Oppianicum iudicio oppressum, & circumuentum esse innocentem.

Idem in Verrem: In eiusmodi re <sup>ymant</sup> quisq̄ tam impudens reperietur, qui ad alienam causam inuitis r̄js, quorum negotium est accedere, aut aspirare audeat?

Ibidem: Num aut in uilitate nummū arator <sup>ymant</sup> quisq̄ dedit? aut in charitate de æstimatione frumenti questus est?

Ibidē: Quid em̄ quisq̄ ad meā pecuniā me inuito aspiret?

Idē pro lege Manilia: Et quisq̄ dubitabit, quid uirtute profecturus sit, qui tantum autoritate profecerit?

Ibidem: Et quisq̄ dubitauit, quin hoc tantum bellum transmittendum sit?

Idem pro domo sua: Hanc deam quisq̄ uiolare audeat?

Idem in Philippica: Ab hoc igitur quisq̄ bellum timet?

Vergilius: Et quisq̄ nomen Iunonis adoret?

¶ Quā itineris, quā de Bruto.

hic Qua 11. ubi

**Q**uā itineris, quā de Bruto, Modus est dicendi, quo inepte dicūt: Ea parte q̄ itineris, uel de Bruto mētio fit.

Cicero Attico: At q̄ non est, q̄ expedita tua consilia, q̄ cui gilata tuis cogitationibus, quā itineris, quā nauigationis, quā congressus, sermonisq̄ cum Cæsare.

Eidem: Cum uideo te distantissimum esse, quā de Butrotijs quā de Bruto.

¶ **Q**UAM plurimus, pro Quāto magis &c.

**E**discendus est & hic loquendi modus, quo Cato, & alij ueteres usi sunt.

Idem enim de re rustica: Quā plurimam brassicam ededit, tam



rit, tam citissimū sanus fiet. Illiterati uero hunc q̄q; dicendi morem nō curantes, dicunt: Quanto plus, aut quanto magis ederis ex Brassica, tanto citius sanus fies.

¶ QVAM citissime, tam maxime.

**E**T hic modus alter, non inelegantior superiore, non est prætereundus.

Idem Cato: Quā citissime conficies, tam maxime expediet.

Ibidem: Quā acerbissima olea erit, tam oleū optimū erit.

¶ QVOD te oro.

**M**odus est etiam Romani candoris plenus in particula Quod. Cum enim aliquid timentes narrabant, ac deinde ne quid tale eneniret, obsecrabant, Quod te oro dicebant: quod perinde est quasi, Quare te oro.

Terentius in Ecyra: Male metuo, ne Philomenæ magis morbus aggrauescat: quod te Aesculapi, & te salus nequid huius sit oro.

Horatius in epistola: Pol me miserum patrone uocares,

Si uelles inquit uerum mihi dicere nomen:

Quod te per genium, dextrāq; deosq; penates

Obsecro, & obtestor, uitæ me redde priori.

¶ RENUNCIARE. *weder boedscap bringen*

**Q**uam diuersum est quod in bonis autoribus legimus in uerbo Renuncio, ab eo sensu qui passim uulgo celebratur: Est enim renunciare legationem, idem quod referre quid in legatione gestum sit.

Cicero in Philippica: Cum enim legati renūciauerint quod certe renunciabunt, non in uestra potestate, non in Senatus esse Antonium.

Ibidem

Ibidem: Nec uero dubito, quin si ille uir renunciare legationem potuisset, & reditus eius uobis gratus fuerit, & Rei publicæ salutaris futurus.

Varro de re rustica: Latis tabulis sortitio fit tribuum, ac cepti sunt à Præcone renunciari, quem quæq; tribus fecerūt ædilem.

T. Liuius ab urbe condita: Hæc cum legatio renunciaretur.

Ibidem: Qui iussi erant legationem renunciauerunt.

¶ Renūciatur præterea Cōsul, Tribunus, aliū sive magistratus: id est, declaratur factus Consul, Tribunus &c.

Cicero pro lege Manilia: Nam cum propter dilationē cornitorū ter Prætor primus Centurijs cūctis renunciatus sum.

T. Liuius ab urbe condita: Nec me contra Senatusconsultū Consulem renunciari patiar.

Asinius Pollio Ciceroni: Comitia biēnij biduo habuit, hoc est renunciauit, quos ei uisum est.

¶ REDIRE in gratiam.

**R**edire in gratiam: Modus est dicendi, quo significat ali quem ex discordia reconciliatum, in pristinam amicitiam redire.

Ci. de senectute: In gratiam iam cum uoluptate redeamus.

Idem quinto Ciceroni: Pompeius à me ualde contendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil profecit.

Idem De prouincijs consularibus: Iurauitq; in concione se in gratiam non rediisse.

Ibidem: Absens mecum summo suo beneficio redijt in gratiam.

Idem ad Atticum: Cum Luceio in gratiam redi.

Respondere



## ¶ RESPONDERE ad rogatum.

**R**espondere ad rogatum, id est (quod satis per se noscitur) cum quis rogat, quærit, petitue: & alter ad ea quæ rogatur respondet. Quod multi peruerso dicendi modo, respondere ad propositum dicunt. *at borders opt best heyt*

Cicero pro L. Flacco: Nuncq; nobis ad rogatum respōdent, semper accusatori plusq; ad rogatum.

## ¶ ROGET quis, dicat quis, petat quis.

**R**oget q; Modus est loquēdi politus, id est quod multi inepte dicunt: si aliquis me interrogaret, peteret, diceret. Terentius in Eunuchis: Roget quis quid tibi cum illo?

¶ RESPECTVS. *an anferunt*

**R**espectus mutato dicēdi genere dici cœptus est hoc modo: Feci amicitiaē respectu: Feci respectu iusticiaē. quo loco Latinius diceretur: Feci amicitiaē causa uel ratioē: Feci ratione iusticiaē. Respectus autem nomen est, à Respicio ueniens, ut Conspectus à Conspicio, Perspectus à Perspicio, Circūspectus à circūspicio: Alio dicendi modo à Cicerone eloquentiaē principe usitato: qui de diuinatione, Remigem inquit quendam ex Quinqueremi Rhodiorum uaticinatum, madefactum iri minus triginta diebus Græciam sanguine, rapinas Dirachi, & conscensione in naues cum fuga, fugientibus miserabilem respectū incendiorum fore. Idem in Philippica quinta: Itaq; cum respectum ad senatum, & ad bonos non haberet: eam sibi uiam ipse patefecit, ad opes suas amplificandas. quam uirtus liberi populi ferre non posset.

Respectum dixit non haberet, hoc est non respiceret.

V Resecare

## REFECARE ad uiuum.

**R**efecare ad uiuum est per translationem dictum ab ijs qui uel ungues usq; ad uiuum, uel arbores usq; ad radices refecant. Id postea dictum & ad eos transfertur, cū qd nimium ad regulam reuocamus. *to nosse vhoertey*

Cicero de amicitia: Neq; id ad uiuū refeco ut ij, qui hæc subtilius differunt.

## SCRIBERE mea, tua, sua manu, non propria.

**S**cribere mea manu, sua manu, non propria manu, quod nusq; apud bonos autores reperitur.

Cicero Attico: Anteq; aliquo loco confedero, neq; longas à me, neq; semper mea manu literas expectabis.

Eidem: Obsignaram iam epistolam meā, quā puto te modo perlegisse scriptam mea manu.

Eidem: Ipse in Tusculano me referre in commētarium mea manu uoluit, qd' idē in Asia mihi sua manu scriptū dedit.

Eidem: Nunquā ante arbitror te epistolam meam legisse, nisi mea manu scriptam.

Eidem: Hæc mea manu.

Eidem: Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu scribam.

Eidem: Alteram tibi eodem die epistolam dictaui, & pridie dederam mea manu longiorem.

Ibidē: Accepi aliam alia iucundiozem: quæ quidem erant tua manu.

Idem Q. fratri: Cum scripsissem hæc infima, quæ sunt mea manu:

Ibidē: Hæc int' coenā dictaui Tiroi, ne mirere alia manu esse.  
Idem.



Idem in Catilinam: Legimus literas, & scriptū ipsius manu.

Idem Appio Pulchro: Ad te statim manu mea scriptas literas misi.

Brutus Ciceroni: Superioribus literis mea manu scripsi.

Scauola de donationibus, lege, Ad eum: Hac epistola manu mea scripta notum tibi facio.

Idem de legatis, lege, Cum quis: Testamento facto manu sua ita cauit.

Paulus de Publicanis & uectigalibus, lege, Si publicanus: Si gnificentur ipsi libello manu sua subscripto.

Calistratus ad legem Corneliam, de falsis, lege, Diuus Claudius: Si modo post eam scripturam manu sua testator testamento codicillisue subscripserit.

Marcellus, Si quis aliquē testium, lege, Diuus Seuerus: Sua manu signatos Codicillos ualere uelit.

Papinianus de testamētaria tutela, lege, Ex sententia: Patris uoluntas hoc ipsum manu sua declarantis.

Vitruuius: Quod etiam ipse sua manu dicitur fecisse.

T. Liuius de bello Punico: Fœdera, Amilcaris scripta manu.

Idem de bello Macedonico: Polisenidas sua manu scripsit.

Ibidem: Iudicia manu sua testata daret.

Ibidē: Ausa dicere se omnes sua manu potius interfectorā.

Ouid. in Episto. Didonis: Ipsa sua Dido concidit usa manu.

¶ STVDEO illam rem.

Studere illi rei, uulgare est. Studere autem illam rem, minus obseruatum, non caret gratia & uenustate.

Plautus in Milite: Magis metuant, minus has res studeant.

Cicero in Anto. Vnum sentitis omnes, unum studeatis.

Idē de reditu suo: Cū uero literas studere incipit, & helluo  
immanis cū Græculis philosophari, tamē est Epicureus.

Idem de finibus bonorum & malorum: Vel illud quod stu-  
det facere possit ornatius.

Idem in Tusculanis: Hæc cum disputant, hæc student.

Horatius: Hoc studet unum.

¶ SVBSCRIBERE.

**S**ubscribere causæ, & subscribere causam, apud bonos il-  
los autores frequenter reperitur. Differentiam autē quæ  
inter sit, pauci (ut arbitror) consyderauerunt. Ego uero quid  
de re hac ex multa lectione collegerim, paucis perstringā.

Subscribere causæ, certo modo dicendi id erat, cum nomen  
alicuius deferebatur. Accusatores apud iudices se reorum  
accusationibus subscribebant, ut q sic subscriberent, ad talio-  
nis pœnam teneretur, si iniq̄ue accusassent, & nisi intra spa-  
cium triginta dierum causam prosecuti fuissent. Iudices ue-  
ro subscribebant causam, ppter quā rei accusabātur. Quæ  
omnia infra scriptæ autoritates apertius demonstrabunt.

Cicero de arte Rhetorica: Cum uenefici cuiusdam nomen  
esset delatum, & quia parricidij causa subscripta esset, extra  
ordinem esset acceptum. & infra: Id autem si damnaretur  
fieri necesse esset, quoniam & id causæ subscriptum, & ea re  
nomen extra ordinem sit acceptum.

Ouidius de tristibus: Neue precor magnæ subscribite Cæsa-  
ris iræ.

Paulus de Accusatoribus, lege, Libellorum: Item subscribe-  
re debet is, qui dat Libellum, uel alius pro eo si literas ne-  
sciat. & subdit: Sed intra quod tempus uidebimus, & utiq̄



xxx. dies utiles obseruandi sunt.

Vulpianus de accusationibus & inscriptionibus, lege: Sicuti crimen obijciatur præcedere debet in crimine subscriptio.

Quæ res adinuenta est, ne facile quis profiliat ad accusationem, cum sciat inultam sibi accusationem non futuram.

Asconius Pedianus: Subscriperunt Triario in Scaurum quintus Marius L. filius, & Q. Pacuij fratres cognomine Claudij: qui inquisitionem in Sardiniam, itemque in Corsicam insulas dies tricenos acceperunt,

Idem: Deinde post paucos dies apud Confidium quaestorem, lege, Plautia: Deui, subscriptione ea, quod loca occupasset, & cum telo fuisset: nam duces operarum Milonis accusauerunt Caius Fidius, Gneus Apponius, Gnei filius, Marcus Seius.

#### ¶ Subscribere causam.

Plautus in Penulo: Cras subscribam homini dicam.

Idem tamen dimisit præpositionem sub, cum dixit in Aulularia: Ad Prætozem hodie te rapiam, & tibi scribam dicam.

Cicero pro Cluentio: Video igitur iudices animaduertisse Censores in iudices quosdam illius consilij Iuniani, cum istam ipsam causam subscriberent.

Idem in diuinatione in Verrem: Censor Caium Atheium notauit, quod ementitum auspicia subscriberet: ergo fuerit hoc Censoris si iudicabat ementitum.

Idem pro Aulo Cluentio: Nam hæc quidem, quæ de iudicio corrupto subscriperunt.

Ibidem: Leue est quod Censores de cæteris subscriperunt.

Vulpianus de priuatis delictis, lege, Si quis: Tunc subscribere cum

bere eum crimen oportebit.

Asconius Pedianus: Hunc Antonium Gellius, & Lentulus Censores sexennio quo hæc dicerentur, senatu mouerunt: causamq; subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium recusauerit, quod propter æris alieni magnitudinem prædia manciparit, bonaq; sua in potestate non haberet.

¶ Subscriptores.

Cicero in diuinatione in Verrem: At uenit paratus cū subscriptoribus citatis, & disertis: est tamē hoc aliquid. Tametsi non est satis: Omnibus enim rebus is qui Princeps est, in agendo ornatissimus, & paratissimus esse debet. Veruntamen L. Apuleiū esse uideo proximum subscriptorē: hominem non atate, sed usu forensi, atque exercitatione tironem.

Ibidem: Ex illo grege oratorum, qui subscriptionem sibi postularunt, & subdit: Vt mihi non ex ijs, quos mecum adduxerim, sed de populo subscriptor addatur.

Ibidem: Accusabat M. Aquiliū subscriptore C. Rutilio Ruffo. Idem ad Quintum Ciceronem fratrem: Gabinium tres adhuc factiones postulant, Lucius Lētulus flaminis filius, qui iam de maiestate postulauit, Titus Nero cum bonis subscriptoribus, C. Memmus tribunus plebis.

Ad eundem: Gabinius absolutus est: omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribusq; eius infantius, nihil illo consilio fordidius.

Idem pro L. Murena: Secessionem subscriptorum animaduertebant.

¶ Sed qd sint subscriptores aptius declarat Asconius Pedianus

nus



nus. Subscriptores inq̄ dicuntur, qui adiuuare accusatorem causidici solent, quos oportet submissius agere q̄ dicit ille quem sequuntur.

¶ SICCVS.

**S**iccus per translationē non est id quod exhaustus, aut exercitus, ut nonnulli uolunt: sed est ieiunus, sobrius.

Plautus in Asinaria: Ego præter alios meum uirum fui rata ficum, frugi, continentem.

Cicero in Academicis quæstionibus: Dormientium, & uinolentorum, & furiosorum uisa imbecilliora esse dicebas, q̄ uigilantium, siccorum, sanorum.

Idem pro lege Agraria: Hæc per deos immortales utrū esse uoles consilia siccorum, an uinolentorum somnia: & utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum uidentur.

Horatius: Forum, putealq̄ libonis mandabo siccis.

Idem: Accedes siccus ad unctum.

Idem: Siccis omnia nam dura deus proposuit.

Idem: Libertinus erat, qui circum compita siccus

Lautis mane senex manibus currebat.

¶ STOMACHARI. Stomachor omnia.

**S**tomachari notum uerbū, est enim indignari, & quasi ex aliquo facto dictoue offendi: ita ut stomachus inde moueatur. Hinc est alius ortus dicendi modus, cū dicitur: Nō sine stomacho illum uidi. Sed in uerbo stomachor præcipue obseruandū est accusatiuo id quandoq̄ iungi, quandoq̄ absolute, quādoq̄ cum præpositione poni.

Terentius in Eunucho: Id adueniens, mecū stomachabar.

Cicero Attico: Stomachor omnia.

Eidem:

Eidem: In quo tamē ille mihi risum magis quàm stomachū mouere solet.

Eidem: Ille uero: sed stomachari desinamus.

¶ SEXCENTI.

**S**excentis locis, sexcentos habes tabellarios, & alia huiusmodi: hoc numero utebantur literati uiri felicitis sæculi illius cum infinitum, aut prægrandem numerum explicare uolebant.

Plautus in Aulularia: Sexcenta sunt, quæ memorē si sit ociū.

Idem in Bacchidibus: Sexcenta tanta reddam si uiuam.

Idem in Trinummo: Sexcentæ ad eam rem causæ possunt colligi.

Idem in Menechmis: Quin suspirabo plusquæ sexcentū dies.

Titus in Phormione: Sexcentas proinde potius scribito iā mihi dicas.

Cæsar in cōmen. Cum sexcentis deuotis.

Cic. Attico: Sexcētos habes tabellarios.

Eidem: Ne Sampsicranij nostri merita in patriam ad ānos sexcentos maiora uiderentur, quæ nostra.

Eidem: Post à Pompei procuratoribus sexcentis premi cœptus est.

Idem: Multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas: sextenta præterea.

Ibidem: Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcētas accepi.

Ibidem: Sexcenta alia scelera moliri.

Eidem: Dignus ille quidem omnium regno, sed per fuliuam sexcenta similia.

Idem in Verrem: Sexcentos præterea ciues.

Ibidem



Ibidem: Possum sexcenta decreta proferre.

¶ SVPETERE.

**S**Vppetere, & superesse uita dicitur: Pro quo multi suffice  
re uita, & barbaris alijs modis dicunt.

Ci. de som. Scipiōis: Scribēt fortasse plura, si uita suppetet.

Vergilius: Primus ego in patriā mecū modo uita superfit.

¶ SVpra caput.

**S**Vpra caput, Modus est loquendi, rem quæ ualde urge-  
at, & immineat significans.

Cicero Octauio: Ecce supra caput homo leuis, ac sordidus,  
sed tamen equestri incessu Catienus.

Salustius in Catilina: Dux hostium cum exercitu supra ca-  
put est.

Vergilius: Olli cæruleus supra caput astitit himber.

T. Liuius ab urbe condita: Cum hostes supra caput sint.

Ibidem: Clamor supra caput hostilis captam urbē ostendit:

¶ STARE per me &c.

**S**Tare per me, per te, per illum: Modus est loquendi perele-  
gans, & multis in locis apud bonos autores celebratus.

Cæsar in commen. Vbi cognouit per Afranium stare, quo  
minus prælio dimicaretur.

Titus Liuius ab urbe condita: Per duces, non per milites ste-  
tisse ne uincerent.

¶ SVPERSEDERE. *und laten*

**S**Vperfedere, cum ablatiuo iungitur, certo modo dicendi  
Sed significat quod intermittere.

Plautus: Superfede ijs rebus iam.

Cicero Seruio Sulpitio: Superfedes hoc labore itineris.

X Idem

Idem in arte Rhetorica: Exemplorum multitudine superfedendum est.

Cato de re rustica: Litibus familiæ superfedat.

T. Liuius ab urbe cōdita: Rebus diuinis superfederi iussim.

Ibidem: Tributo, ac delectu superfessum.

¶ STULTVS. Infanus.

**N**on pauci sunt, qui in uerbo Stultus, stulti nō fiant: nō intelligentes, imo omnino cōfundentes uerbi proprietatem. Stultum enim id pleriq; iam putāt quod infanum: cum inter utrūq; non leue sit discrimen. Est igitur stultus ferè quod rudis, imperitus, ingenio hebes, aut tardus, uel inconstans. Infanus aut, qui nō sanæ, sed alienatæ mentis est.

Plautus in Perfa: Nimis hodie stultus es pueriliter.

Idem in Mostellaria: Interdum inepte stultus es.

Terētius in Eunuchio: Dñi boni, homo homini qd præstat: Stulto sapiens quid interest?

Ibidem: Hic homo è stultis infanos facit.

Idem in Andria: Quandoquidem tam iners, tam nullius cōsiliij sum: Seruon fortunas meas me commisisse futili: ergo precium ob stultitiam fero.

Cicero De oratore: Oratoris peccatum si quod est animaduersum, stultitiæ peccatum uidetur. Stultitia autem excusationem non habet.

Ibidem: Quo quidē in genere familiaris noster M. Bucculeius: homo neq; meo iudicio stultus, & suo ualde sapiens.

Ibidem: Neq; uult ita sapiens inter stultos uideri.

Idem pro T. Annio Milone: Negant intueri lucem fas est qui à se hominem occisum fateatur. In quā tandē urbe hoc homines.



homines stultissimi disputant?

Idem pro Deiotaro: Et ab homine minime stulto esse cogitatum confingitis?

Idem pro Cluentio: Minus em̄ stultus est is, cui nihil in mentem uenit, quàm ille qui quod stulte alteri uenit in mētem, comprobat.

Ibidē: Adeone erat stultus, ut ille quatum ille uiuebat uita esse arbitraretur?

Idem pro Aulo Cæcinnæ: Tertio ut cū tam stulto haberet, Idem diffinit quid sit Stultitia in Tusculanis. Stultitiā enim censuerunt inconstantiam, id est sanitate uacantem: posse tamen tueri mediocritatem officiorum, & uitæ communē cultum atq; usitatum.

De quo planè loquitur Quidius secundo Faſtorū. Lux quoq; cur eadem stultorū festa uocetur, Accipe. & subdit: Stultaq; pars populī, quæ sit sua curia nescit.

Festus: Quirinalia stultorum feriæ dicebantur, quod eo die sacrificabant n̄, qui solenni die aut non poterant rem diuinam facere, aut ignorabant.

Venuleius, quod ui, aut clam, lege, Seruius: Ne melioris conditionis sint stulti quàm periti.

Horatius in sermo. Stultus & infanus, quid si quis nō sit avarus? & paulo post:

Stultū me fateor, liceat cōcedere ueris Atq; etiam infanū.

Idē: Quē mala stultitia, & quæcūq; inscitia ueri, Cæcū agit infanum Chryſippi porticus, & grex Autumat.

Idem. Iuuat enim stultos ratio insanire nepotes.

Idē: Quia me stultitia, qm̄ nō est genū, Insanire putas?

X 2 Spero

¶ SPERO & speror, Despero & desperor.

**S**pero quandoq; actiuum simplex, & sic suum format passiuum: Quandoq; neutrum absolutum.

Plau. in Menech. Dii immortales spem insperatā date mihi.

Idem in Mercatore: Spem speratam cum obtulisti.

Cic. ad Q. fratrem: Siue restitui mur, siue desperamur.

Idem Attico: Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit, pacem enim desperaui.

Eidem: Si hæc iam nostra salus cum hac lege desperata erit.

Idem in Catilinam: Essent illi quidem desperandi, sed tamē essent ferendi.

Idem de finibus bonorum & malorum: Aut omnia semper desperantes.

Titus Liuius de bello Macedonico: Hos desperata salus ad rabiem magis q̄ ad audaciam accendebat.

¶ SECUNDVM.

**O**missis uulgaribus sensibus de præpositione Secundū ab alijs sedulo notatis, id præferamus, quod latuisse hactenus uidetur. Secundum absentem, secundum præsentē iudicare: ferre sententiam secundum testamentum: secundum te ille mihi ita est, ut sit penē par. Hæc notanda mihi uisa sunt, quæ non ab aliqua ratione, sed sola dicendi consuetudine uariantur. Iudicare absentem secundum præsentem, id est quod diceremus, iudicauit pro absente ac si præsens esset. Ferre sententiam secundum testamentum, hoc est quod diceremus, pro testamēto: uel uulgatius, in fauorē testamenti. Secundum te ille mihi ita est, ut sit penē par: id est secundo loco aut proxime.

Cicero

Iudicare  
absentē se-  
cū dū præ-  
sentem.  
Ferre sen-  
tentia secū-  
dum testa-  
mentum.  
Secū dū te  
ille mihi ita  
est, ut sit pe-  
ne par.



Cicero ad Q. fratrem: Ille mihi secundū te, ac liberos nostros ita est, ut sit penè par.

Idem de officijs: Proxime autem, & secundum deos homines, hominibus maxime utiles esse possunt.

Idem Attico: Secundum te nihil est mihi amicus solitudine.

Eidem: Nunciauit iam populo pontifices secundum se decreuisse.

Idem De oratore: Quare in hac nostra actione secundū uocem uultus ualet.

Idem in Verrem: Vratur consilio suo: nec cogat ante horam decimam de absente secundum præsentem iudicare.

Varro de re rustica: Insula Gallinaria, quæ est in mari Tusco secundum Italiam.

Vulpianus de Iudicijs, lege: Et post edictum, secundum præsentem iudicabitur.

Marcellus de inofficioso testamento: Si pars iudicatum de inofficioso testamento contra testamentum, pars secundū id sententiam dederit.

Titus Lilius de bello Punico: Secundum has preces tuba signum dedit proficiscendi.

Ibidem: Nec erat gens alia, cuius secundum Gallicos tumultus arma terribiliora essent.

Idem: Nos autem qui secundum deos uiolati sumus.

Ibidem: Secundum plebem in litem iudicem dare.

Ibidem: Prætores Siracusani Marcello secundum salutē (ut assolet) scriptum erat recte eum, atq; ordine fecisse.

Idem de bello Macedonico: Romani qui secundū deos plurimum possunt.

X 3 Ibidē:

Ibidem: Secundū orationem prætoris murmur ortum.

Ibidem: Secundum hæc silentium fuit.

Ibidem: Cum omne humanum genus secundum deos nomen Romanum ueneretur.

Varro de re rustica: Cassius secundum columbinum ster-  
cus scribit esse hominis: Tertio caprilum, & ouilum, & asi-  
ninum.

Ibidem: Ut in Umbria, ubi falce secūdam terram succidunt  
stramentum.

Ibidem: Hyeme cum hybernant secundum mare.

¶ PRAESUMERE.

QVod ineptissime, ac multa cum barbarie dicitur Præsu-  
mere, antiqui sumere, & assumere, quādoq; & arroga-  
re dicebant. Nam præsumere aliud est, significat enim an-  
tecapere, ut in bonis autoribus. Vergilius: Et spe præsumi-  
te bellum. & Horatius:

Tibi quidnam accedit ad istam,

Quam puer & ualidus præsumis molliciem?

Sed iam de sumo & assumo aliquid referamus.

¶ Sumo. *smecte*

Cicero in Catilinam: Quibus ego si me restitisse dicam, ni-  
mium mihi sumam, & non sim ferendus.

Idem in Antonium: Tantum ue sibi sumpsit, quia Mylassis  
Mymilonem trucem iugulauit?

Idem Torquato: Sed hoc mihi tamen non sumo, ut te con-  
soler de communibus miserijs.

Idem pro Cluentio: Ut tantum mihi sumam, quantum sine  
huius periculo præterire non possum.

Idem:



Idem Aulo Cæcinnæ: Nō mihi sumo, ut plus ipse perspiciā,  
 q̄ te uidere, & intelligere mihi persuaserim.

Idem Cæsari: Vide quid mihi sumpserim: cœpi uelle ea Tre-  
 batium expectare à te, quæ expectasset à me.

Idem Aristo uel Calio: Sumpsi hoc mihi pro tua in me ob-  
 seruātia, quam penitus perspexi, q̄ diu Brundusij fuimus,  
 ut ad te familiariter, & quasi pro meo iure scriberem.

Idē p L. Flacco: Deniq; etiā siq; sibi alia sumūt, nō repugno.

Idē p Sylla: Quid ergo hoc tibi sumis? dicet fortasse q̄spiā.

Idem pro Planco: Quāq; mihi nō sumo tantū iudices, neq;  
 arrego ut Gn. Planco suis erga me meritis impunitatē con-  
 secuturum putem.

¶ Assumo . . . r. arrego .

Cicero de officijs: Si id mihi assumo, uideor id meo iure quo-  
 dammodo uendicare.

Idem pro Sylla: Ego uero iudices non modo nihil mihi as-  
 sumo, in quo quispiam repugnet: sed etiam si quid ab om̄i-  
 bus conceditur, id reddo, ac remitto.

¶ Scienter .

**S**cienter aduerbiū à scio, nō id semper significat quod  
 suulgo ab om̄ibus putatur, cū dicūt: Scienter fecit, sciēter  
 dixit: & addūt etiā aliud insolēs aduerbiū Appensate. Sed  
 id est latine sciēter, quod scite, diserte, perite, à sciētia ductū.

Cicero in P̄uto: Quā ominino multa de iure ciuili, quæ qui-  
 dem om̄ia cum perite, & sciēter, tum breuiter, & expresse,  
 & satis ornate, & pereleganter diceret.

Ibidem: Vt enim ex neruorum sono in fidibus quā scien-  
 ter ij pulsi sint, intelligi solet: sic ex animorum motu cernit̄,  
 quid

quid tractandis ijs perficiat orator.

Hircius in comētarijs: Scaphis, nauibusq; longis quinq; mobiliter & scienter angustias loci tuebantur.

Titus Liuius ab urbe condita, inscienter etiam posuit cum dixit: Tuba inscienter à Græco inflata.

SCRIPTURA

Magistri  
scripturæ.

**S**criptura (ut arbitror) ea erat præter alia significata, quæ exercebant qui agris, pascuis aut pecoribus præerant: & tam ijs, quæ qui portus, aut portoria curabant, uectigalia describentes, aut colligentes, Magistri scripturæ & portus dicebantur.

Plautus in Truculento: Ob meam scripturam pecudem accipit. Deinde respondet Astaphium ancilla: Pleriq; idem quod tu facis faciunt, rem male gerentes: ubi non est scripturæ unde dent, inculant publicanos.

Cicero Attico: Magister scripturæ, & portus quidam L. Carpinatius.

Eidem: Terentius meus necessarius, magnas operas in portu, & scriptura Asiæ pro magno dedit.

Idem pro L. Flacco: Mirandum uero est homines eos, quibus odio sunt nostræ secures, nomen acerbitati, scripturæ decumæ, portorium morti, libenter arripere facultatem lædendi.

Idem in Verrem: In scriptura Sicilia pro magistro est.

Ibidem: Portum autem, & scripturas eadē societas habebat.

Idem pro lege Manilia: Nam cum hostium copiæ non longe absint, & si irruptio nulla facta sit, tamē pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorū nauigatio conquiescit.

Ita neq;



Ita neq; ex portu, neq; ex decimis, neq; ex scriptura uestigal conferuari potest.

Asconius: Mancipes sunt publicanorum principes Romani homines, qui quæstus sui causa decumas redimunt, qui pastum, aut pecora publica portorii, aut pecuarii, quorum ratio scriptura dicitur.

¶ Pro scriptura puto scriptū accipi à T. Liuiio Patauino, labente (ut sæpe dixi) in barbariem eloquentia Roma. dum ab urbe condita dicit: Neq; eius accipi nomen, quod scriptum faceret, tabulam posuisse, & iurasse se scriptum non facturum: quem aliquando antea delisse scriptum facere arguit Macer Licinius.

¶ SALVERE.

Hoc quoq; notare uisum est, quod Cicero Attico scripsit: Saluebis inquit à meo Cicerone.

¶ SPECIES, genus.

Quod Cicero & eius æquales priscam Latinitatem per minima quæq; uerba examinarent, polirent, ac quasi deterfa rubigine, situq; purgarent, uel ex hoc, quod de specie subiecti facile cognosci potest. Quod uerbum cum Ciceroni eloquentiæ, ac elegantia magistro non omnino placeret: tametsi & ipse eo nomine quandoq; usus est, formaq; aut partem pro eo introducere mallet. Quæ uerba de ea re, & quoties fecerit, infra posui.

Cicero in Topicis: Species appellant non pessime id quidē, sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim enim (nisi latine quidē dici possit) Specierum & speciebus dicere. Et sæpe ijs casibus utendum est, at formis & formarum ue

Y lim. Cū

lim. Cum autem utroq; uerbo idem significetur, commodi-  
tatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & for-  
mam diffiniunt hoc modo. Genus est notio ad plures dif-  
ferentias pertinens. Forma est notio, cuius differentia ad  
caput generis, & quasi fontem referri potest.

Idem de arte Rhetorica: Genus est quod plures partes am-  
plectit, ut animal. Pars est quæ subest generi, ut equus. Sed  
eadem res sæpe alij genus, alij pars esse potest: Nam homo  
pars animalis est, Thebani aut Troiani genus.

Idem in Topocis: Forma enim à genere quoad suum nomē  
retinet, nunquam seiungitur. & subdit: A forma generis,  
quam interdum (quo planius accipiatur) partem licet no-  
minare.

Ibidem: Formæ sunt igitur hæ, in quas genus sine ullius præ-  
termissione diuiditur: ut si quis ius in legem, morem, æqui-  
tatem diuidat. Formas qui putat esse quod partes, confun-  
dit artem, & similitudine quadam cõturbat, & non satis acu-  
te quæ sunt secernenda distinguit.

Idem de arte Rhetorica: Genus est, quod partes aliquas am-  
plectitur: ut cupiditas pars est, quæ subest generi, ut amor,  
auaritia.

Idem De oratore: Aut traducta ex parte ad genus nota-  
tio.

Ibidem: Tum (ut scis) explicato genere cuiusq; rei, uidendū  
est, quæ sint eius generis siue formæ, siue partes.

Idem in Philippica. v. Num latine scit? Num ex Iudicum ge-  
nere & forma? Num leges nostras, more sue nouit?

Horatius: Nam genus & formam regina pecunia donat.

Sectari.



## ¶ SECTARI.

**S**ectari clare patet quid sit: Sed sectari apros uel simiam aut alias belluas, recondito (ut arbitror) modo loquendi & per transationē, id est quod inuestigare, perquirere, seq̄. Plautus in Milite: Respondit se sectari simiam.

Terentius in Phormione: Adolescentulum ceruā uidere, fugere & sectari canes.

Vergilius in Bucolicis: Nam dum tu sectaris apros, ego re/ tia seruo.

## ¶ SVB.

**P**rapositio hæc Sub, elegancia non caret, cum uulgarem transgressa modum, in alium transit sensum.

Plautus in Perfa: Solet illa recte, & sub manus succedere.

Cæsar in commen. Sub uesperum Cæsar intra hanc fossam legiones deducit.

Idem: Tantam nostri eorum multitudinē interfecerūt, quantum fuit diei spacium, sub occasumq; solis destiterunt.

Idem: Sub uesperum Cæsar portas claudi, militesq; ex op/ do exire iussit.

Cicero Planco: Sub eas statim recitatae sunt tuæ.

Idem ad Q. fratrem: Mense Decembri sub dies festos.

Idem De oratore: Ea quæ sub oculos ipsa non cadunt.

Vergilius: Et sub noctem cura recurfat,

Horatius: Dictitet occultam febrem sub tempus edendi.

Idem: Forte sub hoc tempus castellum euertere Prætor.

Idem: Sub Galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

Idē: An hic peccat sub noctem, qui puer unam Furtiua mu/ tat strigili?

Y 2 Hircius

Hircius in cōmen. Ex proximis castellis in frumētarios, sub ipsam lucem impetum fecit.

¶ Notandum etiam est præpositionem hanc, quam pleriq; uel ablatiuo, uel accusatiuo solis iungi asseuerant, etiam datiuo cum componitur coniungi: ut subscribere causæ, subesse Imperio, subuenire egeno, uel calamitoso, & huiusmodi.

¶ SERVIRE auribus. Dare auribus.

Seruire auribus, dare auribus, frequenter apud bonos auctores reperitur: qui modus loquendi nihil aliud certe significat, quam assentari, & eblandiri.

Cæsar in cōmentarijs: Auribus Varri feruiunt.

Trebonius Ciceroni: Noli putare mi Cicero me hoc auribus tuis dare.

¶ SI DIIS placet.

Admirantes antiqui alicuius indignitatem, uel temeritatem, aut indignantes, certo modo loquendi dicebāt, Si dijs placet.

Cicero in Oratore: Etiā Latini, si dijs placet, hoc biennio magistri dicendi extiterunt.

Idem in Tusculanis: Qua gloria cōmotus Epicurus exoritur, cui etiam, si dijs placet, uidetur semper sapiens beatus.

T. Liuius ab urbe cōdita: Perpetuos, si dijs placet, tribunos.

Ibidem: Quin etiam, si dijs placet, nephas aiunt consulē plebeium fieri.

Idem de bello Macedonico: Nos, si dijs placet, iam Rempublicam etiam capeffere eas patimur.

Ibidem: Non societatem modo, sed si dijs placet, affinitatē etiam pepegesti:

Ibidem;



Ibidem: Qui nunc nos, si dijs placet, accusatis.

¶ SATIN saluæ: *an ne satis saluæ res sint*

Modus loquendi apud ueteres, cum quid turbati interrogabant, An satis saluæ res essent?

Terentius in Eunucho: Hem quid est: quid trepidas: satin saluæ?

Titus Liuius ab urbe condita: Quæretiq; uiro, satin saluæ? minime inquit.

Ibidem: Satin saluæ inquit Luci Voluni, ut sese in Samnio res habent?

Ibidem: Percunctatus satin saluæ?

Idem de bello Macedonico: Cum pater satin saluæ res interrogaret.

¶ SARTA tecta quid sint, & quid sit ea exigere.

*Adagiū*

Sarta tecta, sine copula plerūq; posita comperi, à Sarcio & tego certo modo dicēdi deducta, ut infra ostenditur.

Cū enim ædificia publica, ædes sacrae, & alia loca, & opera publica redemptoribus locabantur: præcipua inter cætera conditio apponebatur, curarent ut sarta tectaq; essent, id est bene prouisa, aut reparata. Quod uero redemptores ex locato debebant cum exigebatur, sarta tecta exigi dicebantur. Quandoq; per trāslationem ea uerba sarta tecta usurpantur.

*yn daeken vnd wæden*

Plautus in Trinummio: Sarta tecta tua præcepta usq; habui mea modestia.

Cicero Cælio: Hoc mihi da, atq; largire, ut Marcum Curium sartum & tectum (ut aiunt) ab omni incommodo, detrimento, molestia, syncerum integrumq; conserues.

Y 3 Idem

Idem oratione ante exilium: Qui numini deorum consecratum sartum tectum ab omni periculo conseruauit.

¶ *Sarta tecta simplicia.*

Plautus in Mostellaria: Non uideor mihi sarcire posse ædes meas, quin totæ perpétuo ruant.

Cicero Bruto: Quorum quidē omnia commoda, omnesq; facultates, quibus & sacra conficere, & sarta tecta ædium sacrarum, locorumq; communium tueri possit, consistunt in ijs uectigalibus.

Idem in Verrem: Cum cōsules ædes sacras locauissent, neq; potuissent omnia sarta tecta exigere.

Ibidem: Eundemq; te memini, Censorias quoq; leges in sartis tectis exigendis tollere.

Ibidem: Verumetiam in ijs sartis, tectisq; damnata est.

Vulpianus de officio Procōsulis, lege, Si in alicuius ædes sacras, & opera publica circūire inspiciendi gratia, an sarta tecta sint, uel an aliqua refectione indigeant.

Cæsus de usufructu: Hactenus tamē ut sarta tecta habeat, siqua tamen uetustate corruissent, neutrum cogi reficere. & subdit: Vnde Cæsus de modo sarta tecta habēdi quærit.

¶ *TEMPVS.*

**A**nte tempus, post tempus, ad tempus, per tempus, in tempus, in tēpore, primo quoq; tēpore, primo quoq; die, pro tēpore, p re, pro loco, uno tēpore: Hos, & alios dicēdi modos, mira, elegantiq; uarietate perfecta illa Latinitas condidit. Si quis ea, quæ infra posui diligenter legerit, sine alio interprete per se satis intelliget.

Ad tempus



¶ AD TEMPVS. *Stijt lanch*

Terentius: Commodiorem hominis aduentum ad tempus non uidi.

Cicero de finibus bonorum & malorum: Itaq; ad tēpus ad Pisonem omnes.

Idem Planco: Is autem, qui uere appellari potest honor, nō inuitamentū ad tempus, sed perpetuæ uirtutis est præmiū.

Idem Attico: Satis erat dierum, ut Puteolos excurrere possem, & ad tempus redire.

Eidem: Aderis autem ad tempus.

Idem in Verrem: Si quæ castiores erant, ad tēpus ueniebāt.

Plancus Ciceroni: Si autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam.

Asconius Pedianus: Cur fraudi sit Ciceroni, cum ad tempus oratorum dicta proferantur.

Idem: Non intelligunt hæc ad tempus cōmode adiungi.

Paulus de dāno infecto, lege, Ad curatoris: Si dominus ad tēpus pecuniam impensam cū usuris restituere uoluerit.

¶ Per tempus. *Stijt lanch*

Plautus: Mihi per tempus inceptum est iter.

Idem in Bacchidibus: Per tempus hic uenit miles.

Idem in Truculento: Per tempus subuenistis mihi.

Idem in Menechmis: Non potuisti per tempus magis aduenire quàm aduenis.

Teren. in Ecyra: Sed uideo Philippum per tempus egredi.

Cato de re rustica: Frondem populcam, ulmeam, quernam cædito, & per tempus eam condito.

Ibidem: Et per tempus radices quæ plurimas cum terra ferere.

Ibidem:

Ibidem: Vmbra[m] partim per tempus habet.

Ibidem: Vimina[m] matura, salices per tempus legantur

¶ Post tempus. *bucē tydes*

Plautus in Captiuis: Sero post tempus uenis.

Cicero pro P. Quintio: Ego pro te hoc cōsulo, post tempus,  
& in aliena re: quoniam tu in tua re cum tempus erat, cōsu-  
lere oblitus es.

Varro de re rustica: Quæ post tempus nascuntur, ferè uitio-  
sa, atq; inutilia existunt.

¶ In tempus. *† tyt*

Cicero Attico: Nam & eiusmodi sunt ij uersus, ut ab initio  
Pompei in tempus scripti esse uideantur.

Horatius: Et præfens in tempus omittas.

¶ Vno tempore. *gelycher tyt*

Cicero Attico: Multas uno tempore accepi epistolas tuas.

¶ Suo tempore. *to syner tyt*

Idem in Verrem: Scandilius rem se totam relicturum dicit,  
& suo tempore esse rediturum.

¶ Primo quoq; tempore.

Titus Liuius ab urbe condita: Ut primo quoq; tempore in  
Italiam transgressus iungeret se Annibali.

Ibidem: Primo quoq; tempore redire in Hispaniam iussit.

Ibidem: Decreuerunt, ut primo quoq; tempore de ea re ad  
populum ferretur.

¶ Primo quoq; die.

Ibidem: Decreuerunt, ut primo quoq; die ad populū ferrēt.

Gn. Pompeius L. Domitio: Ut primo quoq; die Luceriā ad  
uenires.

Tempestiuū



¶ **T**empestiuum conuiuium. Magisteria à maioribus instituta, sermo qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo.

**N**ondum cuiq; satis arbitror exploratum, quid sit tempestiuum conuiuium, hoc certe liquet, non esse id quod simpliciter uerba ostendunt: ut id sit conuiuium tempestiuum, quod conuiuium in tempore paratum. Nam ut patet ex ijs, quas infra posui autoritatibus, aliquid præcipue in eo erat conuiuio, quod nõ erat item in alijs, ut Magisteria à maioribus instituta: ut sermo quidam, qui more maiorum à magistro adhibebat in poculo. ea cuiusmodi essent nemo (quod sciam) prodidit.

Cicero Attico: Audio à bonis uiris, qui & nũc, & sæpe antea magno præsidio Reipub. fuerunt, hanc cunctationem nostram non probari, multaq; mihi & seuerè in conuiujs tempestiuis disputari.

Idem pro P. Silla: Quantum alij tribuunt tempestiuis conuiujs, quantum aleæ.

Idem pro L. Murena: Nemo ferè saltat sobrius, nisi forte infaniam, neq; in solitudine, neq; in conuiuio moderato, atq; honesto. Tempestiui conuiujs, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio.

Idem in Verrem: Statuitur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum conuiuio.

Idem de senectute Catonem loquentem facit: Ego uero propter sermonis delectationem tempestiuis quoq; conuiujs delector. & subdit:

Me uero & magisteria delectant, à maioribus instituta, & is  
Z sermo,

sermo, qui more maiorum à summo magistro adhibetur in poculo.

Idem Attico: Quas enim cœnas & facere, & obire scripsit ad me Sextius: quæ lautas: quæ tempestiuas.

Horatius in Odis: Tempestiuus in domo Pauli purpureis ales oloribus commestabere maximi.

☞ Tempestas, idonea, mala.

**N**on est semper Tempestas mala, sed quandoque bona, ut constet uerbum medium esse.

Cicero Q. fratri: Tu si ita expedit, uelim quæ primum bona & certa tempestate conscendas, ad me quæ uenias.

Ibidem: Primam nauigationem (dummodo idonea tempestas sit) ne omiseris.

Cato de re rustica: Dicit uillicus sedulo se fecisse, seruos non ualuisse, tempestates malas fuisse.

☞ Tabescere. *wonderlich syn*

**T**abescere non est languere, aut deficere, aut putrescere, ut nonnulli putant: sed interiore sensu est proprie liquefcere, consumi.

Plautus in Mercatore: Cor edepol miserum, quod guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem.

Cato de re rustica: Fiscellam cum sale populari suspendito, & quassato, supplet quæ identidem: id aliquoties in die facito, usque adeo donec sal deserit tabescere biduum.

Ibidem: Salis puri modium, & eum in fiscellam suspendito: si nit quæ cum musto distabescat.

Hora. Quod quæ aliena capella gerat distenti uber, Tabescit.

Ouidius in Metamor: Tabuerant cera, nudos quatit ille lacertos.

*Tempestas, & tpe*



Ibidem: Non tulit ulterius, sed ut intabescere flauæ

igne leui ceræ, matutinæq; pruinæ

Sole repente solēt: sic attenuatus amore **Liquitur.**

¶ **TANTVM** abest, parum abest, nihil abest. *Scheellet nicht an*

**T**antum abest, parum abest, nihil abest, dicendi elegantissimi modi, nō sunt à studiosis literarum prætereūdi. Cicero in Tusculanis: Sed tamen tantum abest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus.

Idem pro lege Manilia: Tantumq; abest, ut aliquam bonā gratiam mihi quæsisse uidear, ut multas etiam simultates, partim obscuras, partim apertas intelligatis mihi non necessarias, uobis non inutiles suscepisse.

¶ **TANDEM** aliquando, quousq; tandem.

**T**andem aliquando, quousq; tandem, hæc coniūcta ad uerbia in oratione ueluti duæ stellæ coruscant, eamq; magnopere exornant.

Cicero Tironi: Tandem aliquando mihi à te expectatissimas literas reddidit.

Idē in Catilinā: Quousq; tandē abutere præsentia nostra?

T. Li. ab urbe cō. Quousq; tandē ignorabim⁹ uires nostras?

¶ **TENTARE**, attentare.

**T**entare paulo occultiore significato, id est quod afficere & occupare. **Attentare** aut, q̄si insidiosè puestigare.

Cic. Attico: Scripseras te quodā ualetudinis genere tentari.

Eidem: Valetudinem tuam iam confirmatam esse, & à uete re morbo, & ab omnibus tentationibus gaudeo.

Idem in Tusculanis: Quod animi ualentes morbo tentari non possunt, corpora possunt.

Z 2 Idem

Idem De oratore: Cum is est auditor, qui nō uereatur, ne cōpositæ orationis insidijs sua fides attentetur.

Vergilius in Georgicis: Turpis oues tentat scabies.

Horatius: Si latus, aut renes morbo tentantur acuto.

Idem: At si condoluit tentatum frigore corpus.

¶ TANTISPER dum.

**T**antisper plerūq; particulam, dum, post se trahit apud eos autores, quos nunq; satis laudare, satis admirari, & suspicere possumus.

Plautus in Menechmis: Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat uidet.

Terentius in Heauton. Ego te meum esse dici tantisper uolo, dum quod te dignum est facis.

Ibidem: Deceui tantisper me minus iniuriæ Chreme meo Gnato facere, dum fiam miser.

Idem in Adelphis: Malo coactus qui suum officium facit, dum id rescitum iri credit tantisper cauet.

Cicero M. Varroni: Habes rationem consilij mei: tibi igitur censeo latendum tantisper ibidem, dum efferuescit hæc gratulatio, & simul dum audiam quemadmodum negocium confectum sit.

Idem in arte Rhetorica: Ut ubi esset tātisper dum Culleus, in quem coniectus in profluentem deucheretur, compararetur.

¶ TRANSVERSVM unguem non discedere, uel digitum, aut pedem latum, uel digitū latum,

*Adagia*

**T**ransuersum unguem, uel digitum, aut pedem latum, uel digitum latum non discedere: Modum etiam hunc dicendi



dicendi formauerunt Latini illi, cum paruulū interuallum ostendere uolebant.

Plautus in Aulularia: Si ex isto loco tuo digitum transfuersum, uel unguem latum excefferis.

Idem in Bacchidibus: Nego tibi annis. xx. fuisse primis copiae digitum longe à pædagogo, pedem ut efferres ex ædibus ante solem exorientem.

Idem in Mostellaria: Si post hac me pedem latū modo scies imposuisse in undam, haud causa est ilico, quod nūc uolui sti facere, quin facias mihi.

Cicero in Acad. Ab hac mihi non licet transfuersum (ut aiūt) digitum discedere.

Idem in Verrem: Pueri Sisennæ credo qui audiuissent, quæ in istū testimonia essent dicta, oculos de isto nusq̄ deiecere, neq; ab argento digitum discedere.

Idem C. Fabio Gallo: Vrgeo igitur transfuersum unguem (quod aiunt) à stilo: is enim est dicendi opifex.

#### ¶ TOLLERE pedes.

**T**Urpem, & obscenā significationem habet is loquendi modus, qui apud eos, quos sæpe memoro bonos auctores frequens est. Dicebant enim tollere pedes ea modestia, ut quæ obscenitas rebus inesset, honestis utrunq; uerbis tegetur.

Cicero Attico: Sed soror quæ tantum habeat consularis loci, unum mihi solum pedem dat. Noli inq̄ de uno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas. Non consulare inquires dictum, fateor.

Z ; Tollere

## ¶ TOLLERE manus.

**T**ollere manus, Modum hunc loquendi in lætitia, uel admiratione rei gratæ antiqui adhibebant.

Cicero Cæsari: Sustulimus manus & ego, & balbus: tanta fuit opportunitas.

Idem in Academicis: Hortensius autem uehementer admirans, quod quidē perpetuo Lucillo loquente fecerit, ut etiā manus sæpe tolleret.

## ¶ TENDERE iter.

**T**endere iter, id est quod iter facere, uterq; loquendi modus uenustissimus.

Vergilius: Tendere iter pennis.

Titus Liuius de bello Punico: Cum ab occasu solis ad exortus tenderent iter.

## ¶ VT.

**E**xprimi uix potest quantam partem Latini sermonis particula Vt, contineat, q̄ ue uario dicendi modo per orationem serpat, ac ueluti lasciuia luxuriet.

*vt pro ne*

¶ De, ut, quo loco multi ne, inepte ponunt, & significat dubitationem, & coniungitur cum metuo, uereor, timeo.

Terentius: Metuo ut substet hospes.

Idem in Andria: Dies mihi ut sit satis uereor ad agendum.

Idem in Ecyra: Sed firmæ uereor hæ ut sint nuptiæ.

Cæsar in com. Vt satis cōmode supportari posset, timere dicebant.

Cic. M. Marcello: Sed cum ita late pateat eius potestas, quā ueremur ut terrarum orbem complexa sit: non ne mauiis  
 sine pericu



sine periculo domi tuæ esse, q̄ cum periculo alienæ:

Idem Attico: Et tamen uereor ut ijs ijs cōtentus sit.

Eidem: Quod enim tu abfuiſti, uereor ut ſatis diligēter actū  
in ſenatu ſit de literis meis.

Idē pro Milone: Accepi à te literas, quibus uereri uideris, ut  
epiſtolas illas acceperim.

Idem Terentia: Omnes labores te excipere uideo, timeo ut  
ſuſtineas.

Eidem: Si homo amens diripiendam urbem daturus eſt, ue  
reor ut Dolobella ipſe nobis ſatis prodeſſe poſſit.

Idem pro P. Quintio: Tamen ne uereris ut poſſit hæc cōtra  
Hortenſium contendere:

Idē cōtra Rullū: Vereſ Hyempſal ut ſatis firmū ſit & ratū.

Idē in Anto. Ne uerendū quidem eſt ut tenere ſe poſſit, ut  
moderari.

Horatius: O puer, ut ſis uitalis metuo:

¶ De Vt, pro quemadmodum.

Cicero ad Brutum: Age uero teſte producto credo te excla  
mationem Clodij aduocati audiſſe, quæ conſurrectio Iudi  
cum facta ſit, ut me circūſteterint, ut aperte iugula ſua pro  
meo capite P. Clodio oſtendarint.

Idem in Rullum: Sed omitto ut ſit factus uterq; noſtrum.

Vergilius in Bucolicis: Aspice ut antrum  
Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis.

Ouidius de morte Tibulli: Aspice demiffis ut eat miserabi  
lis alis.

Horatius: Viden ut geminæ ſtent uertice criſtæ:

Idem: Viden ut alta ſtet niue candidum Soracte:

De Vt,

¶ De Vt, pro quomodo, & interrogantis.

Plautus in Perfa: Vt uales? Respondetur, ut queo.

Ibidem: Vt munitum tibi uisum est oppidum?

Idem in Trinummo: Quid agit tua uxor? ut ualet?

Idem: Vt uidetur mulier? Respondetur, non edepol mala.

Horatius: Vt ualet? ut meminit nostri?

Ouidius de Ponto: Cernis ut exiguum corrumpant oia corpus.

¶ De Vt, pro quomodo, sed cum quadam admiratione interrogat.

Plautus in Captiuus: Vt saepe summa ingenia in occulto latent?

Idem in Rudente: Vt afflictantur miseræ?

Ibidem: Vides ne alteram illam ut fluctus eiecit foras?

Ibidem: Vt præ timore ingenua in undas concidit?

Ibidem: Vt te amplector libens.

Ibidem: Vt ego amo te mea Ampelisca? ut dulcis es?

Idem in Mercatore: Vt dissimulat malus?

Idem in Stico: Vt ego te nunc cōspicio libens? ut præ lætitia lachrymæ profiliunt mihi?

Cicero pro Milone: Vt contempsit? ut pro nihilo putauit?

Eidem: Gneus autem noster, o rem miseram, & incredibile, ut totus iacet?

Vergilius: Vt te fortissime Teucrûm: Accipio, agnoscoq; libens? ut uerba parentis?

Idē in secundo Aeneidos: Vt te post multa tuorum Funera, post uarios hominumq; orbisque labores, Defessi aspiciamus.

Horatius:



Horatius: Vt iuuat pastas oues uidere properantes domū?

Idem: Vt semper gaudes illudere rebus humanis?

Idem in Odis: Vt gaudet insitiua decerpens pira?

¶ **Vt**, pro licet, uel posito, uel dato, ut nūc loquimur.

Cæsar in cō. Ac iam ut omnia contra opinionē acciderēt, tamen multo se plurimum nauibus posse prospiciebant.

Cicero Attico: Quis autem locus erit tutus, ut placatis utamur fluctibus?

Idem Bruto: Nos te tuumq; exercitū expectamus: sine quo ut reliqua ex sententia succedant, uix satis liberi uidemur fore.

Idem in Oratore: Vt enim quaras omnia, quomodo Graeci ineptum appellent, non reperies.

Idem pro P. Quintio: Ad me uentum est, qui ut summa haberem cætera, temporis quidē certe uix satis habui, ut rem tantam, tot controuersijs implicitam possem cognoscere.

Idē pro lege Agraria: Etenim ut circūspiciamus omnia, quæ populo grata, atq; iucunda sunt: nihil tam populare q̄ pacem, q̄ concordiam, q̄ ocium reperiemus.

Idem in Antonium: Quod si pacis, id est timoris nostri nomen audiuerit, ut non referat pedem, insistet certe.

Idem in Philippicis: Legem illam appellare fas non est. & ut sit lex non debemus illam Hircij legem putare.

Cato de re rustica: Non est in nostra potestate, sed in natura, ut tamen multum sit in nobis.

Ouidius de Ponto: Vt mihi di faueant, quibus est manifestior ipse, Poena potest demi, culpa perennis erit.

Ibidem: Luce minus decima dominam uenietis in urbem:

Aa Vt festi-

Vt festinatum non faciatis iter.

Idem: Vt multum demas nostro de corpore curæ:

Non minus exhausto quod superabit erit.

Idem in epistolis: Vt terrā inuenias, quis eam tibi tradet habendam?

In eisdem: Vt pelago suadente etiam retinacula soluas:

Multa tamen latus tristitia pontus habet.

Horatius in epistola: Multæ sunt plateæ nihil ut meditantibus obstet.

Titus Liuius ab urbe condita: Ex Brutio agro, qui ut omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat.

Idem de bello Macedonico: Vt trium numero scriptorū parum fidei sit, magnam tamen uictoriā fuisse apparet.

¶ Vt, pro sicut.

Cæsar in cōmen. Horum autoritate finitimi adducti, ut sunt Gallorum subita & repentina consilia, eadē de causa Trebium Terrasidiumq; retinent.

Cic. ad Brutum: Habes ut breuissime potui genus iudicij.

Idem de senectute: Multæ etiam ut in homine Romano literæ erant.

Idē de finibus: Pueri, in qbus ut in speculis natura cernitur.

Idem in Bruto: Fuit ut temporibus illis Luculentus iuris ualde peritus.

Ibidem: Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis (ut tēporibus illis) satis eruditus.

Titus Liuius ab urbe condita: Sacra publica, ut à Numa erant instituta facere.

Ibidem: Vt in tali tumultu portas inuadit.

Vt pro



¶ Vt, pro utinam, execrando, uel optando.

Plautus in *Perſa*: Vt iſtum di, deæq; perdant.

Idem in *Moſtellaria*: Vt di, deæq; omnes me peſſimis exē-  
plis interficiāt, niſi ego illā interfecero ſiti, famēq; atq; gelu.

Terentius in *Heauton*. Vt te omnes quidem di, deæq; quā-  
tum eſt Sire, cū tuo iſto inuento, cūq; incepto perdant.

Idem in *Adelphis*: Vt Sire te cū tua monſtratione magnus  
perdat Iuppiter.

Idē in *Eunucho*: Vt illū di, deæq; omnes ſenem perdant.

¶ Vt, pro poſtq;.

Plautus in *Stico*: Nam uiri noſtri domo ut abierunt, hic ter-  
tius annus eſt.

Cicero in *Antonium*: Eſt enim annus ut repulſam tulit.

Idem in *Bruto*: Nā ut illos de Republica libros ædidiſti, ni-  
hil à te ſanè poſtea accepimus.

Eidem: Vt ueni in Arpinum cū ad me frater ueniſſet, in pri-  
mis nobis ſermo, iſq; multus de te fuit.

Eidem: Vt primum iudices confederunt, ualde diſſidere bo-  
ni cœperunt.

Eidem: Vt ab urbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin ali-  
quid ad te literarum darem.

Idem *Attico*: Vt Athenas ad. xv. Cal. Quintiles ueneram,  
expectabam quartum diem Pompeium.

Ouidius de *Pōto*: Nec quicq; ad noſtras peruenit acerbius  
aures: Vt ſumus in Pōnto, perueniatq; precor.

¶ VE.

**P** Articula Ve, dici uix poteſt, quanta cū uenultate, & gra-  
tia ponatur ab antiquis. Legendo tamē, & meditando

A a 2 melius

mélius confyderatur. *Disiunctiua enim coniunctio est, ut id significet quod aut.*

Cicero Attico: Appius enim ad me ex itinere bis terue literas miserat.

Eidem: Amici regis duo, tresue perdiuites sunt.

Idem in Antonium: Censeo uti Caius Panfa, Aulus Hircius Consules alter amboue defendant.

In eundem: Post hanchabitam concionem duabus, tribusue horis hæ litera uenerunt.

In eundem: Vti Caius Panfa, Aulus Hircius consules alter amboue rationem agri habeant.

In eundem: Quid cum decreuistis, ut cōsules alter amboue ad bellum proficiscerentur.

*Neue geminata* ¶ Sed eleganter geminata postponitur negatiua.

Cicero Létulo: Peto à te, ut id à me neue in hoc, neue in alijs quæras.

Idem in Oratore: Componere, & struere uerba sua, ut neue asper eorum concursus, neue hiulus sit, sed quodammodo coagmentatus, & lenis.

Ibidem: Id assequemini, si uerba extrema cum consequentibus primis ita iungetis, ut neue aspere concurrant, neue uastius deducantur.

Vergilius in Georgicis: Neue tibi ad Solem uergant uineta cadentem: Neue inter uites corilum fere: neue flagella Summa pete.

¶ VSV VENIRE.

**V** Su uenire, uel euenire, id est quod accidere, cōtingere. Sed aliquid cōtingere, aut accidere semel, aut raro potest, quod



test, quod non sit consuetum, uel in usu. Vsu autem uenire est id quod frequentius accidere. Modus est loquēdi Latino candore insignis.

**Terentius in Phormione:** Nec em̄ huiusmodi tibi unquam usus uenit, ut conflictares malo:

**Cicero Appio Pulchro:** Quod si quis me astutiorē fingit, quid potest esse callidius, quā cum te absentem semp̄ defenderim: cum praesertim mihi usu uenturum non arbitrarer, ut ego quoq; à te absens defendēdus essem: nūc cōmitterem, ut tu iure optimo me absentem deserere posses.

**Idem Cassio:** Videor enim cum potestate loqui & iocari, nec tamen hoc usu uenit.

**Idem in Oratore:** Quid quod usu memoria patrum uenit?

**Ibidem:** Quod idem mihi spero usu esse uenturum in hac disputatione, quod in dicendo solet, ut nulla expectetur ornata oratio.

**Idem in arte Rhetorica:** Idem in demonstratione solet usu uenire.

**Et in eadem:** Aut si quod in quibusdam rebus hominibus accidit, id dicitur usu uenire.

**Ibidem:** Duodecimus locus est, per quē indignamur quod nobis hoc primū acciderit, nec alicui unq̄ usu euenerit.

**Idem pro Cluentio:** Hoc cuius usu uenire posse quærebat.

**Idem Attico:** Nūc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis.

**Eidem:** Credo igitur hunc me nō amare, at ego me amabo, quod mihi pridem usu non uenit.

**Idem de finibus bonorum & malorum:** Sed eo credo quibusdam uenire usu, ut abhorreant à Latinis.

Idem de Tusculanis: Quod ijs saepe usu uenit, qui cum acriter oculis deficientem solem intuerentur, aspectum omnino amitterent.

Idem pro Ros. Comedo: Quod item nuper in Erote Comedo usu uenit.

Idem pro P. Quintio: Nam quid homini potest turpius, quod uero miserius aut acerbius usu uenire? quod tantum euenire dedecus?

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Idem usu mihi uenit in causa optima.

Idem in Verrem: Hoc enim solet usu uenire ijs, qui in agris redemerunt.

Varro libro secundo rerum rusticarū: Id quod usu uenit Barberio equiti Romano.

Ibidem: Quod usu uenit memoria mandandum.

Asconius Pedianus hoc suo iure declarat, cum dicit: Vsu uenisse, id est contigisse.

Vitruuius: Quod in multis ciuitatibus solet usu euenire.

T. Liuius ab urbe con. Quod ad eam diē nūq̄ usu uenisset.

¶ Valitudo infirma, infirmitas ualitudinis.

**V**alitudo infirma, & infirmitas ualitudinis, certo dicendi modo à doctis illius perfecti sæculi dicit: quod uno uerbo illiterati non morbum, sed infirmitatē uocant.

Cicero Tironi: Valitudinem istam infirmam (si me amas) noli uexare.

Eidem: Vix in ipsis tectis & oppidis frigus infirma ualitudinē uitatur, nedum in mari.

Idem M. Mario: Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas ualitudinis



ualitudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos uenires: fortuna magis tribuo, quæ sapientiæ tuæ.

Idem p Aulo Cluentio: Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma ualitudine latus offendisse uehementer.

Idem pro eodem: Erat illo tempore infirma ualitudine abitus.

Idem de Oratore: In eius infirmissima ualitudine, affectuq; iam ætate.

Idem in Bruto: Nisi semper infirma, atque etiam ægra ualitudine fuisset.

Idem de legibus: Qui cum esset infirma ualitudine, hic ætatem egit in literis.

Idem de officijs: Propter infirmitatem ualitudinis non potuit similis esse patri.

Paulus de mortis causa donationibus: Mortis causa donare licet, nõ tantum infirmæ ualitudinis causa, sed periculi etiã propinquæ mortis.

¶ Firmus, & infirmus.

Cicero Tironi: Te penitus rogo: ne tam longæ nauigationi, & uia per hyemem nisi bene firmum comittas.

Eidem: Ibi te ut firmum offendam mi Tiro effice.

Idem Attico: Sed hominem infirmum in uillam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc inuitare nolui.

Eidem: Sed confido, si diligentiam, quã instituisti adhibueris, cito te firmum fore.

¶ Nota ut firmum, non ita infirmum dici: sed infirma ualitudine, & infirmus homo. Firmus aut homo nõ quæ dicitur, sed absolute firmus. Firmus enim integrum, ualidum, robustum

*firmus*

significat.

significat: Infirmus uero non ægrotum (ut illiterati dicunt) sed imbecillem, debilem.

Cicero in Academicis quæstionibus: Assidamus inquàm si uideat: sanè istud est, inquit, sum enim admodùm infirmus.

¶ UT NE.

**E** Legantissimæ particulæ hæ binæ, Vt ne, idem signant quod Ne particula sola. Sed dicendi modus, quo literatissimi illius felicius sæculi utebantur, pro ratione est.

Plautus: Nisi ut ne exurirem.

Idem in Aulularia: Ut ne abstulisse intelligam.

Idem in Mercatore: At ego expurgationem habebō, ut ne succenseat.

Idem in Asinaria: Licet laudem, fortunam tamen ut ne salutem culpam.

Terentius in Ecyra: Nempe ea causa ut ne id fiat palàm.

Idem in Eunuchō: Vliscar ut ne impune in nos illuseris.

Ibidem: Itaq; ut ne id uideam, misera huc effugi foras.

Idem in Andria: Ut ne pater per me stetisse credat.

Cicero Curioni: Petiui nō ut decernatur aliquid noui, quod solet esse difficilius, sed ut ne quid noui decernatur.

Eidem: Sed tamen ita uelim, ut ne quid properes.

Idem pro Milone: Opera datur, ut iudicia ne fiant.

Ibidem: Si hic, illi ut ne sit impune.

Idem pro P. Sextio: Ut lex Helia, lex Fusia ne ualeret.

Idem in Verrem: Quid arbitramini Reginos, qui iam ciues Romani sunt, uelle, ut ab n̄s marmorea Venus illa ne aufertur? Quid Tarentinos, ut ne Europam in Tauro sedentem amittant?

Ibidem:



Ibidem: Impetrant ut ne iurent.

Idem Lentulo: Non tam ut te impediret, quàm ut ne quis propter exercitus cupiditatē in Alexandriam uellet ire.

Idem pro Ligario: Nam quid agis aliud nisi ut occidatur: ut Romæ ne sit: ut domo careat.

Ibidem: Vt ne sine Scaleno in consilium irent.

Idem pro Cluentio: Statuit tamen nihil sibi in tātis iniurijs, ac tanto scelere matris grauius faciendum, quàm ut illa matre ne uteretur.

Idem pro T. Annio Milone: Nunquid igitur aliud in iudicium uenit, nisi uter utri insidias fecerit: pfecto nihil: si hic illi, ut ne sit impune: si ille huic, tum nos scelere soluamur.

Idem Thermo: Operam des quoad fides tua patietur, ut scrus adolescentis rea ne fiat.

Idem ad Brutum: Quare omni studio à te mi Brute contendo, ut Cic. meum ne dimittas.

Eidem: Vt eum à magistris ne abducam.

Idem Attico: Tantū igitur nostrum illud solēne seruemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus.

Idē de Officijs: Modo hoc ita faciat, ut ne ipse de se bene existimans, se seque diligens, hanc causam habeat ad iniuriam.

Idem de arte Rhetorica: Vt ne alterius defendendi causa hunc accusare, sed hunc accusandi causa defendere alium uideatur.

Idem pro Cluentio: Me obsecrare cœpit, ut ne sese lege defenderem.

Idē p P. Quintio: Ita possideto, ut Quintio ius ne auferat.

Idem, qua populo gratias agit de reditu suo: At de me ut ne

Bb ualere

ualent, semper senatus flagitauit.

Idem pro domo sua: Vt Marcus Tullius in ciuitate ne sit.

Ibidem: Primū ut ne poena capitis cum pecunia coniungat̃.

Idē pro Sexo Roscio Amerino: Vt ne planē illudamur ab accusatoribus.

Idem pro Rabirio Posthumo: Vos obsecro iudices, ut huic optimo uiro, quo nemo melior unq̃ fuit, nomen equitis

Romani, & usurā huius lucis, & uestrū cōspectū ne eripiat̃.

Idem pro L. Murena: Obsecro iudices, ut ne hominis miseri, & cū corporis morbo tum animi dolore cōfecti, L. Murenæ recentē gratulationē noua lamentatione obruat̃.

Idem pro Gn. Rabirio: Vt ne plura de pudicitia dicerem.

Idem pro Aulo Cæcina: Secundo ut ne cum tam improbo homine, Tertio ut cum tam stulto haberet.

Varro in libro rusticarum rerum: Vt ne plus quarta pars eximatur mellis.

Vitruuius: Vt ne plus pateant palmum.

Idem: Vt ab aquæ ui ne dissoluantur.

Titus Liuius de bello Macedonico: Id ut ne fiat uno modo cauendum arbitror.

Modestinus de confirmando Tutore, lege: Vt ne de confirmandis quærentibus tutoribus relinquamus.

¶ VENIRE in mentē illius temporis.

**N**Egligendus non est hic quoq̃ dicendi modus, apud optimos autores celebratus. Dicebant enim, cum mihi in mentem uenit illius temporis: quem multi imitari ne scientes immutant, ut rudī ac uulgato modo dicant: Cū mihi illud tempus uenit in mentem. *als ich d̃ tyt gedemerk̃t*

Cicero



Cicero Mario: Solet uenire in mentem illius temporis, quo proxime fuisset unà.

Idem in Verré: Cū illius temporis mihi uenit in mentem.

Ibidē: Non dubito quin in tanto tuo periculo tuorū tibi scelerum ueniat in mentem.

Ibidem: Facito ut uobis triennij totius ueniat in mentem.

Ibidē: Venit em̄ mihi Fani, loci, religionis illius in mentem.

Idem pro P. Silla: Sed cum mihi patriæ imaginis, cū uestrorū periculorū, cū huius urbis, cum illorū delubrorum, atq; templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum, ac uirginum ueniebat in mentem.

Idē p̄ Sexto Ros. Amerino: Venit em̄ mihi in mētē oris tui.

¶ VEL.

**Q**uanta gratia, & uenustate splēdet hæc particula, Vel, modo illo dicēdi in libris perfecti illius sæculi ita abstracta, ut data opera ab diuinis illis uiris occultata uideatur, quo rimantibus maiori (cū reperiretur) uoluptati esset. Non enim coniungit aliquid, disiungit, aut discernit, aut copulat, aut affirmat, ut aliqui dicunt: Sed id propriè significare uidetur, quod interrogātes dicimus: Quid tibi de hoc uidetur? aut quid nunc dices? Sed melius ista ex subiectis considerabuntur.

Plautus in Menechmis: Vel heræ illæ, quæ pallio me comprehendere, obsecrauerūt, ut te hodie quasi pompam illac præterducerem.

Ibidem: Di uestrā finē, uel hic, qui nūc insanit, quàm ualuit paulo prius?

Idem in Rudente: Vel papillæ cuiusmodi?

Bb 2 Terentius

Terentius in Andria: Vel hoc quis non credat, qui te norit,  
abs te esse ortum?

Idem in Eunucho: Vel rex semp̄ maximas mihi gratias age  
bat, quicquid effeceram, alijs non itidem.

Idem in Heauton. Vel me hæc deambulatio, q̄ non labo-  
riosa ad langorem dedit?

Idem in Ecyra: Vel hic Pamphilus quoties iurabat Bacchi-  
di quàm sanctæ, ut quiuis facile posset credere nunquam  
illa uiua ducturum

Vergilius: Vel cum se pavidum contra mea iurgia fingit?

Horatius: Vel mea cum sæuis agitat fastidia uerbis?

¶ Clarus est eius particulæ alius sensus, quo  
significatur etiam. *vel et etiam*

Cicero ad Atticum: Ut uel perire maluerit, q̄ perdere om̄ia.

Ad eundem: Occupationū mearū uel hoc signū erit, quod  
epistola librarij manu est. Et alia huiusmodi locis innūeris

¶ USQVE DVM. *et q̄ ad bis solange*

**V**Sq̄ dum, hæc duæ particulæ cōpositæ idem significant  
quod usq̄ quo, uel quoad. Abierunt tamen per incur-  
riam à cōmuni sermone ferè in desuetudinem.

Cicero in Verrem: Fatetur id, quod negari non potest, se pri-  
uatum hominem prædonum duces uiuos atq̄ incolumes  
domi sui postea q̄ Romam redierit, usq̄ dum per me li-  
cuerit tenuisse.

Catullus: Hic me grauedo frigida, & frequens tussis quassa-  
uit, usq̄ dum in tuum sinum fugi.

**V**ILLA rudis, terra rudis. *duylich*  
¶ Illa rudis, terra rudis, quid esset, pauci (ut opinor) ad-  
uerterunt.



uerterunt. Est enim quæ prius profcissa non fuit, sed intacta, & (ut uulgo dicunt) noua.

Cicero Q. fratri: In uillam apertam, ac ne rudem quidem durere nolui.

Varro de re rustica: Terram rudem profcindere oportet.

Ibidem: Illud quoq; multū interest in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis sit obsita, quæ uocatur restibilis.

Ouidius in Metamorphosi: Rudis indegestaq; moles.

Catullus in Argonautica: Illa rudem cursu prima imbuuit Amphitridē:

Quæ simul ac rostro uentosum profcidit æquor.

**U**BIUIS gentium. Quisq; gentium, ubi sis gentium, ubi terrarum, quid rerum &c.

**V**Ndequaq; patet Latinitatem nil aliud esse, q̄ certum modum loquendi, Vbiuis gentium, quisq; gentium, ubi sis gentium, ubi terrarum, aliquò terrarū, quoquò gentium, ubi loci, quid rerum, quò locorum, & huiusmodi, præcipua sunt obseruatione dignissima.

Plautus in Mercatore: Vbi nam est is homo gentium?

Ibidem: Minime gentium.

Ibidem: Nusq; gentium.

Ibidem: Illam querere, quoquò hinc abducta est gentium?

Idem in Pseudolo: Neq; Libellæ ulla spes sit usq; gentium.

Idem in Asinaria: Vnde gentium?

Idem in Aulularia: Neq; ligna ego usq; gentium præberi uidi pulchrius.

Idem in Milite: Conueniam illum ubiubi erit gentium.

Idē in Bacchidibus: Sequere hac me, Respōdet: Quò gētiū?

Bb 3 Idem in

Idem in Asinaria: Perij ego oppido, nisi Litanum inuenio  
iam ubiubi est gentium.

Terentius in Ecyra: Cui quanto fuerat præstabilius, ubi uis  
gentium ætatem agere.

Ibidem: An quisq̃ gentium est æque miser?

Cicero in Catilinā: O di immortales, ubi nā gentiū sumus?

Plautus in Amphitrione: Non edepol nunc ubi terrarum  
sim scio.

Idem in Mercatore: Vbi loci res summa nostra publica?

Terentius in Phormione: Quoquò hinc asportabor terra-  
rum, certum est prosequi, aut perire.

Cic. Attico: Etsi mihi nihil erat propositū ad scribendū, quia  
quid ageres, ubi terrarū esses, ne suspicabar quidem.

Ibidem: Neq̃ adest istic, neq̃ ubi terrarum sit scio.

Decius Brutus Bruto & Cassio: Fortunæ cedendū, ex Italia  
migrandū Rhodū, aut aliquò terrarū arbitror.

Idem in Philippica: Qui ubi terrarū sit, quid agat, uiuat de-  
niq̃, an mortuus sit, quis aut scit, aut curat?

Ibidem: Vbicunq̃ terrarum sunt, ibi est omne Reipub. præ-  
sidium.

Idem pro Rabirio Posthumo: Nūc uero quid agimus? ubi  
terrarum sumus?

Horatius: Mitte sectari rosa quò locorum sera moretur.

T. Liuius ab urbe condita: Quò terrarū uelint trañciant.

Idem de bello Punico: Percunctatur ubi terrarum esset.

Idem de bello Macedonico: Se tacitos abire quò terrarum  
possent in animo habuisse.

Plautus in Rudente: Sed Grippus noster quid rerū gerit?

Catullus



Catullus: Quid rerum geritis?

Plautus in Aulularia: Sed quid hoc clamoris oritur hic ex proximo?

Horatius: Quid hoc ueneni seuit in præcordijs?

¶ VSQVE.

**P**Ræpositio Vsq. obseruatione dignissima est. Cōiungi tur enim plerūq; à perfectis illis uiris cum alijs præpositionibus A, ab, ad, ante, e, ex. Interdum etiam cum aduerbio, pridie, postridie, dum, istinc, magna cū uenustate. Quæ dicendi modum qui non tenent, errorem aut malæ Latinitatis esse, aut scripturæ peruersitatem putant.

¶ Vsq; ad.

Cicero Attico: Ibi esse uolo usq; ad pridie Cal. Maias.

Ibidem: Nos in Formiano esse uolumus usq; ad pridie Nonas Maias.

Eidem de Q. fratre: Nuncijs nobis tristes nec uarij uenerunt, ex ante diē Nonarū Iunij, usq; ad pridie Cal. Septēbris.

T. Lilius ab urbe cōdita: Vsq; ante diē quinto Cal. Maias.

Ouidius in Metamor. Ad usq; Decolor extremo quā cingitur India Gange.

¶ Vsq; a, usq; ab.

Plautus in Rudente: Longe usq; à campis ultimis.

Idem in Trinummio: Vsq; ab stirpe.

Idē i Persa: Quas tu attulisti mihi ab hero meo usq; è Persia.

Idem in Stico: Vbi perpruriscamus usq; ex unguiculis.

Terentius: Ex Aethiopia est usq; hæc.

Cic. pro Aulo Cluētio: Cōperi mulierē quandā Larino, atq; illā usq; à mari supo Romā proficisci cū magno comitatu.

Idem in

Idem in Verrem: Hoc illi nauigio ad omnes populi Romani hostes usq; ab Diano, quod in Hispania est, ad Sinopē quæ in Ponto est, nauigauerunt.

Idem in Vatiniū testem: Quod augures omnes usq; à Romulo decreuerunt.

Vergilius: Usq; à proauis uetus ordinis ætas.

Idem: Siculo prospexit ab usq; Pachinno.

¶ Usq; dum, id est donec.

Plautus in Menechmis: Usq; dū regnū obtinebit Iuppiter.

Cicero pro P. Quintio: Tacet res in cōtrouersijs isto calūniante biennium usq; dum inueniretur.

Catullus: Quæ tibi sine fine seruiat, usq; dum tremulum mouens cana tempus anilitas, omnia omnibus annuit.

¶ Usq; eo, id est tamdiu.

Cicero de natura deorum: Usq; eo premere earum capita mordicus dum captum amitterent.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Sed usq; eo quid arguas non habes.

¶ Usq; isthinc. *bis to & stude.*

Cicero Attico: Nosti sonitus nostros, tanti fuerūt, ut ego breuior sim, quod eos usq; isthinc exauditos putem.

¶ Vacuus à culpa, à periculo, à dolore.

**O**bseruandus est hic quoq; dicēdi modus, quo rari postea felix illud doctorum sæculum usi sunt: Post quæ tēpora mira paucitas bonarum literarum, & apud paucos refedit. Nam quotus quisq; est, qui postea nō uacuum culpa, uacuum periculo, uacuum dolore dicat? Antiqui autem illi uacuum à culpa, uacuum à periculo, & uacuum à dolore, & huiusmodi



huiusmodi addita præpositione dicebant.

Cicero in Verrem: Nam ipsa Messana, quæ situ, mœnibus portuq; ornata sit, ab ijs rebus, quibus iste delectatur, sanè uacua, ac nuda est.

Idem Attico: Sin eris ab isto periculo uacuus.

Idem de officijs: Adhibenda est uacuitas ab angoribus.

Idem de finibus bonorum & malorum: Quod is locus ab omni turba id temporis uacuus esset.

Idem Q. Fratri: Sin eris ab isto periculo uacuus, ages scilicet, si quid agi posse de nobis putabis.

Idem de arte Rheto. Si animus à talibus factis uacuus, & in tege esse dicitur.

Idem pro lege Manilia: Ita neq; hic locus uacuus unq; ab ijs, qui nostram causam defenderent: & meus labor in priuatorum periculis caste, integrèq; uersatus, ex uestro iudicio fructum amplissimum est consecutus.

Idem de Prouincijs cõsularibus: Nam quis hoc tempore nõ sentit omnia alia esse uobis uacua ab omni periculo, atq; etiam ab omni suspitione belli?

Idem pro Deiotaro: Sed tamẽ quicquid à bellis populi Romani uacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationesq; iungebat.

Idem ad equites Romanos: Profecto istis hora nulla eiecto Marco Tullio uacua à periculo.

Salustius in Catilina: Quod si quis etiam à culpa uacuus in amicitiam eius liber inciderat, quotidiano usu, atq; illecebris facile par, similiq; cæteris efficiebatur.

Titus, Liuius ab urbe condita: Ne quando à metu, ac periculis uaca-

C c

lis uacarent.

¶ VENIRE hæreditas. *Erue thokomen*

**V**ENIRE hæreditas, Latine dicitur id, quod multi dicunt, In hæreditatem succedere.

Cicero in Verrem: Cuius filia cum appropinquo hæreditas per magna uenisset.

Ibidem: Præsertim cum tibi illo ipso anno è Chelidone uenisset hæreditas.

Ibidem: Hic Verres hæreditatem sibi uenisse arbitratus est, quod in eius regnum ac manus uenerat iste.

Ibidem: Quàmpridem sibi hæreditas uenisset docet.

Ibidem: Omnibus ijs quibus hæreditas uenerit, cohæredem prætorem esse oportere.

Ibidem: Quid hæc hæreditas, quo Prætorè Dionis filio uenerat?

In eundem: Audiuit Dioni cuidam Siculo permagnam uenisse hæreditatem, & paulo post: Huic hæreditas facile ad sextertium tricies uenit testamento propinqui sui Heradij.

Ibidem: Se de hæreditate uelle cognoscere, quæ eius filio à propinquo homine Apollodoro Laphicone uenisset.

Idem in Philippicis: Hæreditatem mihi negasti uenire.

Idem de arte Rhetorica: De hæreditate quæ uenit pupillo.

Idem pro L. Flacco: Tu Tite Vecti si qua tibi in Africa uenerit hæreditas, usu amittas.

Ibidem: Quid ab ingenuis mulieribus hæreditates lege non ueniunt?

Idem pro Aulo Cæcinna: Mihi credite, maior hæreditas uenit unicuique nostrum in iisdem bonis à iure & à legibus, quàm ab ijs.



ab ijs, à quibus illa ipsa bona relicta sunt.

Idem pro L. Flacco: Maximas audio tibi L. Luculle, qui de L. Flacco sententiam laturus es, pro tua eximia liberalitate, maximisq; beneficijs in tuos uenisse hæreditates.

¶ VICARIVS.

**V**icarium eum esse, qui alicuius uices gerat planissimum est: at quas ijs subdam autoritatibus palam fiet, quod multis absconditum in eo uocabulo fuerat. Est enim alio sensu Vicarius, seruus qui serui uices gerit: ab eo (ut arbitror) postea in alios quoq; uis uocabuli transfusa est.

Plautus in Asinaria: Ex persona Leonidæ serui mihi scio Vicarium esse: neq; esse seruum in hæri ædibus, qui sit pluris quam ille fiet.

Cicero in Verrem: Peculia omniũ, uicarijç retinentur.

Horatius: Siue uicarius est, qui seruo paret, ut est mos uester ait, seu conferuus.

Paulus de noxalibus actionib<sup>9</sup>, lege, Si in re: Si seruus tuus nauem exercuerit, eiusq; uicarius seruus, & idem nauta in eadem nauí damnum dederit.

Idem de Manumissis, lege: Si peculium prælegatum est, & uicarius liber esse iussus sit.

Vulpianus de institoria actiõe, lege, Sed & si: Si à seruo tuo operas uicarij eius conduxero.

**Q**uæ cum uersum, uel uersus, composita sunt, mirificam in Latinitate elegãtiam obtinent: suntç uel præcipua obseruatione dignissima.

¶ Quoquò uersum aduerbium ad locum, id est uersus quemcunq; locum.

Cæsar in commentarijs: Eius Imperio classem quoquo uersum dimittunt.

Ibidem: Quoquo uersum quo pabulandi mihi adire posse uideantur.

Ibidem: Rates duplices quoquo uersum pedibus. xxx. è regione Solis collocabat.

Cato de re rustica: Pedes denos quoquo uersum habeat.

¶ Quaquà uersum, id est per quęcūq; locum.

Cæsar in comen. Legatos quaquà uersum dimittere.

¶ Aliquò uersum, id est uersus aliquem locum.

Plautus in Casina: Ego pol istam iam aliquò uersum regulam dederò.

¶ Aliò uersum, id est uersus alium locū, uel per translationem, ob aliam causam.

Plautus in Aulularia: Atqui ego istuc Antrax aliò uersum dixeram.

¶ Vtroq; uersum, id est uersus utrūq;.

Plautus in Captiuis: Vtroq; uersum rectum est ingenium ad te, atq; ad illum.

¶ Deorsum uersum, id est uersus inferiore locum.

Varro per lingua latina: Deorsum uersum ad singularia perueniunt.

¶ Sursum uersum, id est uersus superiore locum.

Cicero in partitionibus oratorijs: Et idem, quasi sursum uersum utroq; dicatur.

Idem de Oratore: Cum gradatim sursum uersum redditur.

Cato de re rustica: Vites ppages sulcos sursum uersum, quo ad eius facere poteris, uites facito uti ducas.

Ibidem:



**Ibidem:** Sursum uersum semper adducito.

**Ibidem:** Vicia dicta à uinciendo, quod item capreolos habet, ut uitis quibus sursum uersum serpit.

**Paulus de gradibus affinitatis, lege, Jurisconsultus:** Sursum uersum, uel deorsum uersum tendens. & subdit: Primo gradu cognationis sunt sursum uersum duo, pater, & mater: deorsum uersum duo, filius & filia.

¶ Deorsum uersum. *nedfart*

**Terentius in Adelphis:** Cluius deorsum uersum, hac te precipitato.

**Var. li. secūdo rerū rusticarū:** Linulis deorsum uersum p̄ssis.

¶ USPIAM. *yt, warr*

**V**Spiam quasi scintilla quædam in oratione refulget, cū à recte considerantibus obseruatur. Nec quicquid meo iudicio magis sermonem illustrat, quàm paruulæ hæ clausulæ: quæ à plerisque quoniam sunt omissæ, illaudata eorū ac sordida surgit oratio. Loco huius particulæ Vspia, multi inepte, in aliquo loco, dicunt.

**Cicero Attico:** Sed tamen hoc me ipse consolabar, quod nō dubitabā, quin te ille aut Dirachij, aut in istis locis uspiam uisurus esset.

**Eidem:** Inde utrum consistere uspiam uelit, an mare transire nescit?

**Idem in Academicis:** Siue est illa scripta uspiam, siue nusquam.

¶ VTI frui, dare legare, dare præstare, dari fieri, esse bibere, ire agere.

**D**Vo uerba, eorumque infinita, nulla copula cōiuncta, sæpenuero apud antiquos reperiuntur, nulla ratione,

Cc 3 sed solo

sed solo modo loquendi, Vti frui, dare legare, dare præstare, dari fieri, esse bibere, ire agere.

¶ Vti frui.

Caius de acquirendo rerum dominio, lege, Acquiritur: Habet ius utendi fruendi.

¶ Dare legare.

Iabolenus de statu liberis, lege, Sticum: Titio do lego.

Paulus ad legem falcidiam, lege prima: Easq; res quibusq; dare legare uolet.

¶ Dare præstare.

Scauola de statu liberis, lege, Stico: Iubeo det præstet filio, & uxori meæ.

¶ Dari fieri.

Idē de inofficioso testa. lege, Titia: Quæ supra dari fieri iussi & dari fieri uolo.

¶ Esse bibere.

Vulpianus de actionibus empti & uenditi, lege, Ex empto: Qui iumēta uēdit, solet ita pmittere esse bibere, ut oportet.

¶ Ire agere.

Cælius de seruitutibus, lege, Sicui: Ire agere licebit.

Idem eo titulo, lege, Per fundum. Qui plurium est ius mihi esse eundi agendi potest.

Paulus eo titulo, lege, Seruitutes: Per aream tuam in domū meam ire agere cessisti.

Idem eo titulo, lege, Si prius ius esset mihi ire agere.

Idem de aqua pluuiæ arcenda, lege, Supra iter: Sed Pontem quo possis ire agere iure exstruet.

*Autor ad lectorem*

¶ Fecerunt negotia tum forensia, tum domestica, quibus posteaq;



posteaq; Romam redij, ualde distineor: ut non singula (ut par erat) accurrate, seduloq; regustauerim, & suo quanq; rem loco disposuerim. Quare legentes quaeso, uitio mihi ne dent, si quid praeter ordinem, aut perperam notatum repererint.

*stue* *slappe*  
 ¶ Contendo & remitto.

**N**on ab re, neq; superuacaneum putauit aliquid etia scribere de modis dicendi, quibus proferuntur uerba Intendo siue contendo, & remitto, quae contraria sunt: & Astringo siue denso, ac relaxo, quae item diuersa sunt: & cōtraho, ac dilato, similiter contraria: Quae à diuersis diuerso quidē sensu accipiuntur. Quare qui tot in unum congestas autoritates legerint, dubitare deinceps, & uariare desistent. *Primo* de Intendo & remitto.

Cicero in Tusculanis: Ut onera cōtentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt: simillime animus intentione sua pressum depellit omnem ponderum: remissione autē sic urgetur, ut se nequeat extollere.

Idē de Oratore: Oculi sunt, quorū intentione, tū remissioe, tū coniectu, tū hilaritate, motus animorū significamus.

T. Liuius ab urbe condita: Remisso fune quo suspensa erat cataracta, magno sonitu cecidit.

¶ De Astringo & relaxo. *syngen* *zumen*

Ci. de natura deorū: Ea q; tum astringit, tum relaxatur.

Ibidē: Quēadmodū aut reliquiae cibi propellant, tū astringētib; se intestinis, tū relaxātib; haud sanē difficile dictu est.

Idem Attico: Vellem suscepisses iuuenem regendum, pater enim nimiū indulgens, quicquid ego astringi, relaxat.

Idem:

Idem in Antonium: Neq; tamen uos urget mandatis pluribus: remittit aliquantum, & relaxat.

Vergilius: Densat erāt quæ rara modo, & quæ dēsa relaxat.

¶ De contraho & dilato. <sup>benouitbe</sup>  
<sup>ibreyde</sup>

Cicero de natura deorum: Partes quæ sunt infra t̄p̄ id deuoratur, dilatantur: quæ autem supra, contrahuntur.

Ibidem: Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis.

¶ Per translationem autem dicitur remittere & relaxare animum, hoc est non semper curis intentum esse.

Cicero in Philippica. ij. Tamen si modo homines sunt, interdum animis relaxantur.

Idem Bruto: Tātam spem attulerat explorata tua uictoria, ut omnium animi relaxati sint.

Idem de Legibus: Et cum remittit animos, tū contrahit.

**Q**uod multi incite quidem, & minus latine dicūt, usq; nunc, usq; tunc, usq; ad id tempus: perfecti illi Romani sermonis parentes, Etiā nunc, etiā tunc, uel etiā nunc etiā tum dicebant. Quod quandoq; præter supradicta, ad huc, significat. Posterius (ut alia multa) inuenterunt.

¶ Etiā nunc. <sup>bis nunc</sup>

Plautus in Aulularia: Abscede hinc etiā nunc, etiā hoc.

Idem in Milite: Etiā nunc uale.

Idem in Asinaria: Etiā nunc dico Periphanes Rhodius mercator diues absente hero, solus mihi talentum argenti soli adnumerauit.

Cæsar in commentarijs: Atq; hortabatur, incerto nunc etiā exitu



exitu uictoriæ.

Cicero pro L. Murena: Homines tam ingeniosos per tot annos etiam nunc statuere non posse, utrum diem tertium dici oporteret.

Idem pro Sexto Roscio Amerino: Salui etiam nunc esse possumus.

Ibidem: Quæritur etiam nunc, quis eum nuncium miserit.

Idem de Oratore: De materia loquor orationis etiam nunc, non de genere ipso dicendi.

Idem Attico: Vide quæso etiam nunc de testamento.

Eidem: Brutus erat in Veside etiam nunc.

Eidem: Etiam nunc si dubitas, fac ut sciamus.

Idem pro lege Agraria: In quibus ille etiam nunc bellum gerat.

Idem de diuinatione: Ut mihi permirum uideatur quæquæ extare, qui etiam nunc credat ijs.

Idem in Verrem: Etiam nunc mihi expectare uidemini iudices, quid deinde factum sit.

Idem de arte Rhetorica: De altera patris etiam nunc mortui uoluntas plurimum ualebat.

Idem pro Cluentio: Quo de homine nihil etiam nunc dicere nobis est necesse.

Idem pro Tito Annio Milone: Cur tamē si metuitur etiam nunc Milo, non tam hoc quotidianum crimen timemus?

Varro de lingua latina: Quod crepusculum dies etiam nunc sit, an iam nox, multis dubium.

Idem libro tertio rerum rusticarum: Cuius aues hospitales etiam nunc ructor.

D d Ibidem

Ibidem: Rustici etiam nunc quoque uiam Veham appellant.  
Publius Lentulus Consulibus, Prætoribus, Tribunis plebis  
Senatui, Plebique Ro. ut patientiam senatus, & optimi cuiusque  
manere etiam nunc confiderent.

Ouidius de arte Amandi: Dum licet & ueros etiam nunc æditis  
annos.

Idem in maiori opere: Nec Telamoniades etiam nunc hiscere  
quicquam Audeat.

Titus Liuius de bello Punico: Quid est Hanno inquit, etiam  
nunc poenitet Belli suscepti aduersus Romanos?

¶ Etiam num. *uoch un*

Plautus in Menechmis: Ibo etiam num.

Varro de re rustica: Cum etiam num platanus nouella esset.

¶ Etiam tum. *uoch do*

Terentius in Ecyra: Me educit foras, narratque ut uirgo ab se  
integra etiam tum fiet.

Cicero De oratore: Omnes etiam tum retinebant illum peridis  
succum.

Ibidem: Cum etiam tum in lecto Crassus esset.

Varro de re rustica: Vineas ueteres iterum occare, & nouellas  
etiam tertio si sint etiam tum glebæ.

¶ Iam tum, Iam nunc, aliud certe est, significatque  
id quod Ex tunc, ex nunc, inepte dicunt.

Cicero pro Aulo Licinio: Ita se iam tum gessisse pro ciue ijs  
temporibus, quæ tu criminaris.

Idem in Verrè: Iam tum cum bello fugitiuorum tota Italia arderet.

Idem pro Cluentio: Qui omnes in iudicijs publicis iam tum  
florete Romano populo floruerunt.

Vergilius



Vergilius: Iam tum religio pauidos terrebat agrestes.

¶ Iam nunc.

Cicero de diuinatione: Iam nunc mente & cogitatione perspicio, quæ tum studia hominũ, qui cõkursus futuri sint.

Ibidem: Quæ cum cogito, iam nunc timeo.

Vergilius in Georgicis: Et uotis iam nunc assuesce uocari.

Propertius: Iã nunc me sacra Dianæ Suscipere, & ueneri ponere uota iuuat.

¶ PRVDENS, imprudens legum.

**O**bseruandus est & hic dicendi modus, Prudens, imprudens legum, & in legibus, Iuris &c.

Cicero de arte Rhetorica: Imprudentes legis cum exissent, uitulum immolauerunt.

Idem de Amicitia: Quia prudens esse in Iure ciuili putabatur.

¶ HABERE quæstui, habere honori, habere prædæ, habere uoluptati.

**H**abere quæstui, habere honori, habere prædæ, habere uoluptati: Modi dicendi elegantissimi non solum intermissi, uerumetiam ueluti de industria ommissi.

Cicero de officijs: Habere enim quæstui Rempub. non modo turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium.

Salustius in Iugurtino: Sed incedunt per ora uestra magnifice sacerdotia & Consulatus, pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi ea honori, non prædæ habeant.

Idem in eodem: Et alia, quæ cæteri miserias uocant, uoluptati habuisset.

D d 2 Certum habe

¶ CERTVM habere, Pro certo habere.

**C**ertum habere, Pro certo habere, Certum scire, Certo scire, Modi sunt loquendi candidissimi.

Cicero ad Atticum: Neq; id ipsum tamen certum habeo.

Idem ad eundem: Quod quæris q̄ diu hic paucos dies, sed certum non habeo.

Idem Bruto: Neq; nunciabatur quicquàm, quod pro certo haberemus.

¶ Certum scire, Certo scire.

Cicero Bruto: Cum certum sciero, scribam ad te.

Idem eidem: Nostræ res meliore loco uidebãtur, scripta em̄ ad te certo scio, quæ gesta sint.

¶ AD REM pertinet, Ad rem facit. *ad propositum facit*

**H**oc ad rem pertinet, non pertinet: Hoc ad rem facit, nō facit, quod est non conuenit: Modus est idem dicendi quo iam parum aliqui utuntur, sed pro eo incite dicunt: Hoc ad propositum facit, uel pertinet: aut ad propositum non facit, uel non pertinet.

Cicero in epistola: Et si quid ad rem pertinet, etiam locupletem.

Ouidius in epistola: Ad talem formam non facit iste locus.

Idem: Non facit ad citharas Barbiton ulla meas.

Iulianus de uerborum obligationibus, lege: Eum, qui nec ad rem pertinet.

Papinianus de conditionibus, lege, Pater: Nec ad rem pertinere, si portionem filiorum siue substitutionis quæsisset.

**S**ummum, Minimum. *opt hoc est ten minister*  
 Modo hoc loquendi significatur, quod



quod illiterati dicunt, ad maius, ad minus.

Cicero Attico: Scias igitur fortasse cras, summū perendie.

Vatro de re rustica: Ita fiunt omnium partes minimū octuaginta una.

Ibidem: Harum genera minimū in binas species diuidi possunt.

Titus Liuius de bello Macedonico: Cum tribus summum militibus.

☞ MAXIME omnium, Minime omnium.

Quod inscite dicunt, plusquā omnes, minusquā omnes: Maxime omnium, minime omnium, anti qui dicebant.

Cicero in Bruto: Qui maxime omnium nobilium Græcis literis studuit.

Idem De oratore: Quod quidē tu minime omniū ignoras.

☞ HOC me mouet.

Dicebant antiqui, Hoc me non mouet, uel hoc me mouet, quando res aliqua non illi cordi erat: uel cōtra, cum maxime urgebat, aut premebat.

Cæsar Ciceroni: Neq; illud me mouet quod ij, quia me dimissi sunt, discessisse se dicant.

Cicero Attico: Vnus Pompeius me mouet beneficio, nō auctoritate.

Paulus de usu, & usufructu, lege, Sempronius: Mouet me, quod dies legati huius, siue fideicomissi cesserit.

☞ VERBA quædam modo neutra absoluta, modo actiua simplicia.

Obseruauit uerba nonnulla modo neutra absoluta, modo actiua

D d 3 do actiua

do actiua simplicia in scriptis illorum perfectorum autorū uerfari, quæ non ab re putauī (ut usui lectoribus essent) literis mandare.

Horatius: Comis garrere libellos.

Idem: Huc appelle trecentos inseris ohe.

Idem: Ne mea saeuus iurgares.

Idem: Fidis enim manare Poëtica mella    **Te solum.**

Idem: Syluas & uineta crepat mera.

Idem: Si quid Stertinius ueri crepat.

Idem: Et quæ pars quadret aceruum.

Idem: Libenter hoc & omne militabitur bellum

In tuæ spem gratiæ.

Idem: Præterea ne uos titillet gloria, iure

Iurando obstringam

Cicero de officijs: Hæc est grauium hominum, atq; magnorum: illa quasi assentatorum populi multitudinis leuitatē & uoluptatem quasi titillantium.

Idem de finibus bonorum & malorum: Si ea uoluptas esset, quæ quasi titillaret sensus.

☞ EXPERIENS uir.

**E**Xperiens uir, Arator experiens, corrupto modo dicendi id est, quod dicunt, Vir expertus, Arator expertus.

Cicero pro Cluentio: Aulus Aurius uir foris, & experiens.

Idem in Verrem: Aliquis experiens arator.

Horatius: Et decus, & precium recte petit experiens uir.

☞ TANGERE de cælo. *blyssom flamm*

**T**Angere de cælo, negare nemo audeat certo dicendi modo in latinitatem introductum esse: id enim significat quod



quod peruerse dicunt fulminare.

Cato de re rustica: Si de cælo uilla tacta fiet, de ea re uerba diuina uti fiant procuret.

Vergilius: De cælo tactas memini prædicere quercus.

¶ Dare promissa. *voes loefte thoefuggen*

**D**are promissa: Est & hic alius perelegans dicendi modus, distinctus ab eo quem antea notauimus, Facere promissa. Nam hoc pro alio spondere, illud per se polliceri significat.

*voes voer synāderen lauw*

Catullus: At non hæc quondam blando promissa dedisti?

Vergilius: Non hæc Euandro de te promissa parenti  
Discedens dederam.

¶ In apertum proferre.

**I**n apertū proferre, nil est aliud, quàm (ut dicunt) in publicum uulgare. Sed modus antiquus dicendi obseruandus est.

Cicero in Paradoxis: Hoc tamen opus ut in apertum proferas, nihil postulo.

Horatius: In apertum proferet ætas.

HADRIANI CARDINALIS DE SERMONE  
LATINO, MODISQVE LATINE LO-  
QVENDI, FINIS.